

125



De Veritate.

Veritas candorem amat, latebras odio habet,  
fucos horrescat, aditus patentes quaerat. Libe-  
ra veritas est, servire nescit, aliena umbra le-  
gi non vult, suo lumine delectatur, cum servili  
ignavoq; hominum genere commercium non  
habet, solis liberis et speculantibus pecto est.

Seneca.

Cunctis esto bonus, nemini blandus, paucis  
familiaris, omnibus aequus, ad iram tardus,  
ad misericordiam pronus, in adversis fortis, in  
proprietis cautus et similis.

~~17. 670~~

J. Schütz, J. J. J.

R. J. Gilhausen

MEMORIALIS JURIDICE  
AD

INSTITUTIONUM  
IMPERIALIUM, PANDE-  
CTARUM, ut & Paratitlorum,  
Wesembecii JC. Germaniæ præ-  
clarissimi seriem succinctâ methodo  
directi,

PARS POSTERIOR,  
Quâ

*Schematismi Tituli ac  
Numeri cujuslibet, quotquot va-  
stissimum sive Pandectarum, sive Pa-  
ratitlorum Wesembecii pelagus inun-  
darit, concisè exhibentur.*

Authore

JOACHIMO Schulken/Neo-  
Brand-Megap. Jurium  
Candidato.

Jena Typis JOHANN: BEITH-  
MANNI, Anno 1622.





VIRIS-JUVENIBUS.

*Ut Pro sapie Nobilioris coruscatione  
fulgidissimis; ita sive Eruditionis,  
sive indolis, sive morum, spei virtutumq;  
sublimitate admodum Pras  
stantibus,*

Dn. WILHELMO-FRIDERICO à Kottleben in Kottleben.

Dn. JAN-ALBERTO von der Trenck in Scharlaken & Kachstücken.

Dn. JOANNI ab Drostin/  
Dn. JOACHIMI in Quilow & Damberg &c. Hæreditarii optimi Parentis filio optimo.

Dn.

Dn. BARNIMO à Karnis /  
Dn. JOACHIMI in Karnis & Neio  
des &c. filio spei pinguioris  
ac dilectifs.

Dn. FRIDER: RUNGIO,  
&

Dn. MARTINO Gerdes /  
JCriffimorum magnorum filiis  
magnis, SS. LL. Studiosis  
solertifs.

*Dnn. Meccœnatibus & Amicis  
officiosè honorandis,  
L. Mq;  
inscribendam.*

Joachimus Schulke.

A 2

Ad



## Ad Lectorem.

**A** Nnus ferè revolvi-  
tur, Lector amice, ex quò  
postulatis quorundam Viro-  
rum-Juvenum LL.SS. devo-  
tissimorum in aperiundo Pan-  
dectarum Collegiò locum, pro-  
ut debebam, relicturus, pro-  
vinciam Paratitorum VVe-  
sembecii Jcti incomparabilis  
& optimè de Republicâ litera-  
riâ meriti privato conatu in  
almâ hâc Jenensi memoritèr  
explicandorum suscepi, & sus-  
ceptam

ceptã paucis abhinc septima-  
nis cum Deo presentibus Col-  
legis XV. feliciter absolvi:  
sed quia placebat, ut vel tibris  
vel partibus Pandectarum  
pro iuvandã memoriã, quæ  
aliàs labilis esse dicitur, con-  
querente Justiniano in l. 2. §.  
16. C. de vet. jur. enuc. sche-  
matis mi quidam vel certæ dis-  
positiones. quæ à quolibet pro  
cujuscunq; dexteritate in ta-  
bellas facilè redigi possent, sub-  
jicerentur; utique & huic ac-  
quieturus corrente calamo,

A 3

quod

quodjam offero, totius Juris  
Civilis 50. Ictorum libris,  
quorum ad seriem suam VVe-  
sembecius laborem direxit, fu-  
sissimè comprehensi, brevia-  
rium exindè deduxi, ita qui-  
dem ut quod singuli tituli sive  
Pandect. in specie, sive Parat.  
Vvesemb. ambitu suo latiori  
concluderent, eòdem ceu sum-  
mario succinctè, quantum ad  
ipsam medullam, representa-  
retur. Nec quoque materia  
aptitudo obstiterit, quò minus  
hae ipse summa in formam  
Schema-



Schematum methodicè propo-  
sitæ recto ordine disponi, ac per  
certas suas classes actualitèr  
præfigurari possint, quod ipsū  
cujuslibet tamen arbitrio com-  
missum voluerim. Ceterū  
quia labor iste, qualiscunque  
fuerit, rectius Institutionibus  
præmissis conjungi posse vide-  
batur, quod materia connexi-  
tas præter alia, quibus move-  
bar, injungebat, nec mihi re-  
cusandum fuerat: passus ita-  
que ut Pandectæ cum Institu-  
tionibus coalescentes Syno-

A 4

pti-

pticam Tibi quandam & sum-  
mariam exegeſin, eorum, que  
alibi laxius, quã pro uſu tibi  
tuo fruiſci poſſes, ſuggererent.  
Vale & me tui memorem pro  
candore excipito. Exarabam  
Jene. 20. Septemb. 1619.

Author.

Pars



Pars Pandectarum.

Prima.

*Liber Primus.*

Titulus I.

De

JUSTITIA ET  
JURE.

**I**ustitia est con-  
stans & perpetua vo-  
luntas jus suum cuique  
tribuendi. Estque vel  
universalis; vel particularis; quia  
injustitia, ut ejus oppositum du-  
plex est, universalis & particularis:

A 5

Uni-

2

Universalis est obedientia erga omnes II. & pro triplici hominis respectu, triplex:

I. Aut enim hominis ordo est erga Deum; unde pietas absoluta.

II. Aut erga seipsum, quando omnia in homine conspirant.

III. Aut erga proximum & est obedientia erga omnes II. societatis Politicæ, ejus partes duę sunt: Abstinerè à malo, & facere bonum.

Particularis est, quę tuetur personarum ordinem, vel servat equalitatē in contractibus, cujus species duę sunt, Distributiva & Commutativa:

Distributiva, quę tuetur personarum & officiorum ordinem proportionē geometrica, Commutativa est, quę servat equalitatem in commerciis proportionē arithmetica.

Jus

Jus est ars æqui & boni, & sumitur vel pro jure naturali, vel positivo qualicumque, vel Romano, quo respectu à justitia descendit.

Estque ratione objecti & finis, aliud publicum, quod ad statum rei Romanæ spectat: aliud privatū, quod ad singulorum, utilitatem pertinet.

Privatum ratione materiæ, vel pro triplici hominis respectu, qui vel ut animal, vel ut homo, vel ut civis aspicitur, triplex est, Naturale, Gentium & civile.

Naturale est, quod natura omnia animalia docuit & bifariā dirimitur, in primævum scilicet & secundarium. Primævum est quod dixi. Secundarium, cum jure gentium primævo coincidit.

Jus gentium itidem duplex, pri-

4  
maivum & secundarium. Primæ-  
vum est, quod naturalis ratio in-  
ter omnes homines constituit. Se-  
cundarium; quod necessitatibus  
exigentibus gentes sibi jus consti-  
tuerunt.

Civile est, quod quisque sibi po-  
pulus jus constituit & accipitur bi-  
fariam: I. Pro jure cujuscunque  
civitatis. II. Pro jure civitatis Ro-  
manæ, dividiturque ex forma in  
scriptum & non scriptum. Scripti  
juris species sunt. Lex plebiscitum.  
SCtum: Responsa prudentum.  
Principum placita. Magistratum  
edicta. Nonscriptum jus est con-  
suetudo.

Titulus II,

De

ORIGINE JURIS.

Ori-

§

**O**Rigo juris Romani duplex est, naturalis & civilis. Naturalis est, vel jure naturali; vel gentium. Civilis est ab ipsa urbe cōdita. Urbs Roma regebatur vel Regibus ab initio; vel Consulibus. Quando à Regibus; partim arbitria Regum pro ll. erant; partim ll. curiatis utebatur. Quando regebatur à Consulibus, quod post exactos Reges, ubi omnia incerto jure administrari cœperunt, evenit, fiebant ll. 12. tab. quibus accedebat interpretatio Jurisprudentum, unde Jus Civile & legis actiones sive processus.

Deinde fiebant Plebiscita, SCta, Magistratum edicta, donec tandem Reipublicæ per unum consuli esset necessum, unde Principū placita, qui postea J Ctis licentiam re-

A 7

spon-

6  
spondendi concesserunt solemnio-  
rem; unde responsa prudentum.

Titulus III.

De Legibus

## LEGIBUS.

**L**ex Civile aut scriptum est, aut si-  
ne scripto. Scripti species sūt lex  
plebiscitum. Lex est quam popul<sup>9</sup>  
Senatorio Magistratu interrogate  
constituit; estq; vel divina vel hu-  
mana, & hæc vel naturalis vel civi-  
lis, quæ rursus aut generalis & quæ  
solus Princeps, vel vocalis quæ sin-  
guli in suis territoriis faciūt, causa  
eius efficiens est populus, Magi-  
stratus, Princeps, consuetudo.

Objectum personæ, res, actio-  
nes. Forma expressus populi con-  
sensus & congruentia cum recta

ra-



7  
ratione. Finis salus Reipub. Effectus  
obligatio ad scientiam obedientiam  
& poenam.

Non scriptum jus est consuetudo,  
quæ vel generalis, vel municipa-  
lis. Causa efficiens populus qui-  
libet sive liber, sive inferior, modo  
Princeps non contradicat. Obje-  
ctum res omnes honestæ & possibili-  
les. Forma rationabilitas, actuum  
frequentia, tacitus populi consen-  
sus & temporis diuturnitas. Effectus  
cum lege coincidit.

Titulus IV.

De

## CONSTIT. PRINCIP.

**C**onstitutiones Principum sunt  
vel edicto vel decreto, vel per  
epistolam, & sunt vel generales vel  
spe-

3  
specialis, quæ ultra personas non  
extenduntur, & quia instar legis  
obtinent, fit ut principem ipsum li-  
gare non possint, nisi contrahat.

Titulus V.

De

## STATU HOMINIS.

**S**Tatus hominis est conditio, in  
quâ quis nascitur. Et consistit  
vel in libertate vel servitute. Illius  
caput civile est duplex, civitas & fa-  
milia, quæ vel per maximam, vel  
mediam, vel minimam capitis di-  
minutionem tolluntur. Ex natu-  
ra homo est vel mas vel femina. Ex  
jure gentium vel liber, vel servus, &  
ille vel ingenuus, qui idem vel ju-  
stus vel injustus: vel libertinus, qui  
olim aut civis Romanus aut Lati-  
nus,

nus, aut Dedititius. Hodie autem  
semper civis Romanus est.

Titulus VI.

De

HIS QUI SUI VEL  
ALIENI JURIS SUNT.

**Q**Uoad caput familiae ex J. Civ.  
liberi homines aut sunt sui  
juris aut alieni: Sui sunt familiarū  
Principes. Alieni vel in potestate  
dominica vel patria. Illi sunt servi:  
hi liberi, quos ex justis nuptiis pro-  
creavim<sup>9</sup>, vel qui postea legitima-  
ti sunt, quod fit vel per subsequens  
matrimonium, vel rescriptū Prin-  
cipis, vel oblationē Curiae, vel ad-  
optionem ab ascendente, cujus ef-  
fectus olim erat jus vitæ & necis itē  
acquisitio omnimoda. Hodie in  
pic-

pietate consistit, & quoque inter peculia distinguitur.

In adventitiis enim pater habet usumfructum quoad vitam. De Jure Saxonico quoad nuptias, qui filiam à patria potestate eo jure eximunt. vel separationem: in profectitiis plenam proprietatem, in Castrensibus vel quasi jus filio reservatur integrum.

Titulus VII.

De

## ADOPTIONIBUS.

**A**doptio est legitima hominis extranei in familiam assumptio. Vel est actus legitimus, quo quis ad vicem filii redigitur.

Estque vel adoptio in specie, quando qui alieni, vel arrogatio, quando

do.

do qui sui juris est in vicem filii eligitur. Causa ejus efficiens & lex & consensus idemque vel tacit<sup>9</sup> qualis in adoptandis, vel expressus qualis in arrogandis demum sufficit. Subjectum relatum sunt omnes per naturam ad gignendum idonei.

Correlatum quilibet Cives Romani praesentes, puberes vel secus. Forma utriusque speciei communis est, quod hodie coram quovis magistratu ordinario praevia causae cognitione procedat, nisi quod arrogator cavere debeat, si arrogatus impubes ante completos pubertatis annos decesserit, se bona illis omnibus restitutum, quibus ab intestato obventura fuissent.

Effectus adoptionis est successio ab intestato, nisi facta sit ab ascendente

dente, quo casu plenum jus succedendi tribuit. Arrogationis successio omnimoda.

Solvitur & patria potestas præter adoptionem, quæ modus tam constituendæ quàm solvendæ patrie potestatis esse poterit: & emancipationem, vel casu ubi alterutrius relatio evanescit, vel lege & ut non nisi consensu contrahitur, sic nec aliter solvitur, nec soluta redintegratur, nisi interveniat causæ, ob quas etiam exhereditatio fieri possit.

Titulus IIX.

De

RERUM DIVISIONE.

**R**es vel sunt Divini vel humani juris; Illæ vel sacræ, quæ ab anti-

ti-

tistite cujusq; loci Deo consecran-  
 tur. Vel religiosæ, quas quilibet  
 mortuum inferendo facit: Vel san-  
 ctæ, quæ ab injuria hominum san-  
 ctione quadam munitæ sunt: hæ  
 aut publicæ, aut privatæ. Publicæ  
 vel jure naturalitales, vel gentium,  
 vel civili. Jure naturali publicæ  
 sunt, quæ quoad usum omnib<sup>9</sup> in-  
 differenter patent, quoad proprie-  
 tatem nullius sunt. Jure gentium,  
 quæ quoad usum omnibus quidem  
 alicujus populi patent, quoad pro-  
 prietatem v. ejus populi existiman-  
 tur, cujus sunt publicæ. Civili pu-  
 blicæ sunt, quæ non ad omnes ho-  
 mines, ut publicæ de jure naturali,  
 neque ad universum populum re-  
 gionis, ut publicæ de jure gentium,  
 sed ad aliquam certam civitatem  
 pertinent. Et hæ rursus vel uni-  
 versi-

verſitatis ſunt, quæ propriè nullius  
in bonis, uſu verò ſingulis patent.  
Vel in publico civitatis patrimo-  
nio quæ ſunt in dominio Reipu-  
blicæ, nec earum uſus ad ſingulos  
pertinet. Privatæ ad ſingulorum u-  
tilitatem pertinent.

Deinde, Res vel ſunt corporales,  
quæ ſui natura tangi poſſunt, vel  
incorporales, quæ in intellectu  
conſiſtunt, & cum ꝑ ſubjecta ma-  
teria id fieri neceſſe eſt, per inter-  
pretationem pro immobilibus ha-  
bentur.

Titulus IX.

Et

## SUBSEQUENTES.

**M**Agiſtratus vel ordinarius eſt,  
vel extraordinarius: Ille qui  
ordi-



ordinariam, hic qui mandatum jurisdictionem habet. Ordinariam habuerunt Senatores, qui vel Patricii vel conscripti, vel Pedarii.

2. Consules quorum potestas summa olim fuit.

3. Præfectus Prætorio, qui ad similitudinem Magistri equitum, à Principe pro tempore ad curam militarem electus erat.

4. Præfectus urbi, cujus officium circa cognitionem de dominorum asperitate, annona & similibus occupabatur.

5. Quæstor, qui vel ærario vel rebus capitalibus, post ademptam Coss. lege Valerii judicandi de civis Romani capite potestatem, præpositus erat.

6. Prætor, qui Coss. bellis finitimis avocatis, interim cognoscebat.

bat, aut Judices Pedaneos constituebat, iisque formulas agendi prescriberebat, &c.

7. Praefectus vigilum, qui de incendiariis, furibus & effraCTORibus nocturnis usque ad flagella poterat cognoscere.

8. Proconsul, qui vice Consulum eadem dignitate, nisi quod sex tantum licTORibus uteretur, provincias consulares gubernabat.

9. Praefectus augustalis, qui Aegypto.

10. Praeses, qui ab Augusto Provinciis Praetoriis praepositus erat.

11. Procurator Caesaris, cujus officium est cogere pecuniam Principis, sive ex haereditate sive aliunde debitam.

12. Juridicus Alexandriae, qui Alexandrinis jus reddebat. Mandatam

datam habet legatus Proconsulis,  
Assessores, cum Præsides aliò pro-  
cti causas iis delegaverint, & alii  
quibus quoquo modo jurisdic-  
tionis exercitium ab alio ordinariam  
habente commissum est.



## LIBER II.

### Titulus I.

De

## JURISDICTIONE.

Jurisdictionis est publica cognoscē-  
di de causis potestas, estque vel  
simplex vel omnimoda: hujus spe-  
cies sunt Imperium merum, quod  
nobili judicis officio expeditur.  
publicam vindictam respiciens:

B

Mix-

Mixtum quod itidem nobili judicis officio expeditur, privatam utilitatem respiciens & jurisdictio simplex, quæ officio judicis mercenario ob privatam utilitatem explicatur.

Estque alia ordinaria, alia mandata, alia prorogata: Deinde alia contentiosa, alia voluntaria.

Causa ejus efficiens est Lex, Princeps, Consuetudo, vel Præscriptio: Præscribitur enim vel cum territorio annis 10. vel 20. aut sine eo 30. vel 40. annis. Subiectum materiale, territorium, formale, persona Magistratus. Objectum res & personæ. Forma est vel exercendæ Jurisdictionis, vel mandandæ, vel pbandæ: Illi<sup>9</sup> aut solemnis, aut de plano: istius varia, hujus forma fit vel per notorietatem, vel testes, præ-

præsumptiones, instrumenta. Finis religionis conservatio, litiumque sopitio. Effectus, actio confessoria & negatoria. Finitur ordinaria, morte magistratus inferioris, præscriptione, lite finita, recusatione: Mandata, morte mandatarii, elapso tempore commissionis termino: Prorogata, pœnitentia ante litem contestatam.

Titulus II.

De

**QUOD QUISQUE  
JURIS IN ALTERUM  
STATUERIT &c.**

**C**Apit edicti hujus duplex est, primò coercetur Judex, ut quod per dolum aut latam culpam æquum in litigatore judicaverit, ipse

B 2

ipse

ipse quandoque usus venit, admit-  
tat. Altero, litigator ut quod  
æquum esse crediderit in alio ipse  
quoque, licet aliàs iniquissimum  
sit adversario postulante, ut & fide-  
jussore ejus excipiat. Oritur hinc  
actio pœnalis in hæredes transito-  
ria, vel quia non ex mero delicto,  
sed ex delicto in cōtractu comisso  
descendit, vel quia in modum ex-  
ceptionis proponitur. Causa edicti  
efficiens, ipsa naturalis æquitas,  
Objectum causæ omnes.

Titulus III.

## SI QUIS JUS DICEN- DI NON OBTEMP:

**A**ctio ex hoc edicto proposita  
datur adversus Reum, item A-  
ctorem in jus vocatum, illud quod  
extremum in jurisdictione est non  
ad.

admittentē ad id quanti ea res est,  
quæ abduci iusta concluditur, quæ  
ipsa contumacia & aliis remediis  
puta incarceratione, causæ priva-  
tione, captura pignorum & simili-  
bus potest coërceri.

Titulus IV.

De

IN JUS VOCANDO.

**I**N jus vocari prohibētur vel sim-  
pliciter vel sub respectu. Illi sunt  
qui aut iudicio carent, nec ido-  
neam personam standi in iudicio  
habent, aut iustis impedimentis di-  
stringuntur, aut auctoritate Impe-  
rii corruscant. Hi quibus reveren-  
tia debetur, ceu sunt patroni, pa-  
rentes & Pœna in contravenientes  
statuitur 50. solidorum.

Citatio est actus judicialis, quo  
is quē coram sisti opus est, Iudicis

B 3

man-

mandato legitimè vocatur juris experiundi causa, estque vel realis quæ fit cum apprehensione personæ, vel verbalis, quæ fit aut ad domum, vel per literas publicè affixas. Deinde vel pemptoria vel dilatoria. Causa ejus efficiens est præceptum judicis. Impulsiva instantia litigatoris. Subjectum relatum Magistratus quilibet. Correlatum omnes, quorum interest etiam præsentis. Forma est, ut committat Judex citationem, & exinde nunciis juxta præscriptum suæ commissionis citet. Finis comparitio & ad defendendum preparatio. Effectus & præventio; perpetuatio jurisdictionis, interruptio præscriptionis, & ut si actor emanear, reus absolvatur ab observantia Judicii, usque dum actor sumptus hoc nomin-



mine factos refundat Reo: seu Re'  
post trinam denunciationem tan-  
quam confessus & convictus in pe-  
titionem Actoris condemnetur.

Titulus 5. & 6.

**E**X hoc edicto agitur ad mul-  
ctam Judici dādā, si quis vel  
ab adversario, vel Judice ipso voca-  
tus nō ierit, nisi jurisdictio vocātis  
sit notoriē incompetens, vel inte-  
rea cum adversario trāsactum, vel  
fidejussor de sistendo locuples da-  
tus fuerit, quibus casibus si quis in-  
jus trahere porrò pergat, injuria-  
rum tenetur.

Titulus VII.

**NE QUIS EUM  
QUI &c.**

**E**dictum hoc datur in eos, q̄ vel  
vi, vel quovis etiam modo ino-

B 4

ram

ram fecerint, quo min<sup>9</sup> in jus eatur  
ad id, quanti ea res, de qua contro-  
vertitur, & quidem si plures fuerint  
adversus singulos in solidum, quo  
casu unius solutione reliqui non  
liberantur, quinimò si hodiè quis  
capitis damnatum eximat, capite  
plectitur, vel si magistratus inferior  
fuerit, pœnæ arbitrariæ subjūgitur.

Titulus VIII.

## QUI SATIS DARE

COG.

**S**atisdatio est desiderii adversa-  
rii impletio, eaq; vel necessaria  
quæ à lege vel magistratu imponi-  
tur, vel voluntaria quam partium  
conventio parit.

Deinde vel fidejussoria, quæ pro-  
priè satisdatio dicitur vel pigno-  
ratitia, vel juratoria vel simplex.

Cau-

Causa efficiens necessaria est, lex  
 sive justus Magistratus: Voluntarie,  
 conventio. Impulsiva, petitio par-  
 tis. Objectum, dies judicii status,  
 omnes causæ, tam criminales, quã  
 civiles. Forma de jure civili con-  
 sistit in eo, ut litigatores caveant  
 se usque ad finem in lite perman-  
 ros. De jure Saxonico, ut actor  
 de expensis & reconventionem satis-  
 det, fidejussoribus vel pignoribus  
 locupletibus. Finis est securitas.  
 Effectus, quod qui satisfactionem  
 offert non possit volenter in jus  
 pertrahi. Juratoria Cautio admit-  
 titur in personis illustribus & pau-  
 peribus, simplex in possessorib. re-  
 rum immobilium.

Tit. 9. 10. & 11.

**S**atisfactio vel fit pro libero vel  
 seruo, Pro hoc, ubi agitur ex no-  
 xali

xali causa contra dominum. Pro illo, ut supra. Eaque eluditur vel per alium, vel per ipsum. Per alium elusa parit actionem ex edicto de eo per quem factum &c. adversus impediendum ad id, quanti interfuit vadimonium obitam fuisse: etsi plures fuerint adversus omnes, ita tamen ut unius solutione reliqui liberentur: per ipsum, & id vel sine, vel cum causa: illo casu vel inserta est poena cautioni, & ad eam agitur ex stipulatu, vel non, & agitur conditione incerti, ad id quanti interfuit Actoris: hoc casu obtinebit exculpatio ob quodvis iustum impedimentum causata.

Titulus XII.

De

**FERIIS ET DILATIONIBUS.**

Fe-

**F**eria à feciendo dictæ sunt dies  
 feriati quibus jus non dicitur.  
 Eæque vel solennes sive ordinarię:  
 vel repentinæ sive extraordinariæ.  
 Solennes aut sunt sacræ, quæ ad  
 cultum divinum, aut honorariæ.  
 quæ in honorem Principis institu-  
 tæ sunt, aut necessariæ, quas ipsa  
 necessitas fervoribus æstivis litigã-  
 tib, & autumnalibus fructib, colli-  
 gendis concessit. Repentinæ sunt,  
 quæ præter spem eveniunt.

Causa efficiens vel Princeps, vel  
 quilibet Magistratus inferior, vel  
 ipsa necessitas. Objectum omnes  
 actus cõrentiosi tam publici, quàm  
 privati. Forma est arbitraria. Fi-  
 nis, aut est cultus divinus: honor  
 Principis, annonæ collectio & pu-  
 blicum sive gaudium, sive luctus  
 publicus.

B 6

Ef

Effectus: ut quicquid die feriato  
contetur, ipso jure nullum sit.

Dilatio est termini assignatio,  
eaq; vel peremptoria vel dilatoria,  
vel judicialis, vel è contra.

Denique vel legalis vel conven-  
tionalis. Causa efficiens lex, statu-  
tum, Judex, consuetudo, partium  
conventio. Impulsiva petitio par-  
tis. Objectum causæ omnes tam  
criminales quàm civiles. Forma  
est, ut quod in termino agi oport-  
teat exprimatur. Finis ut litigato-  
res idoneum habeant spatium quo  
se ad iudicium præparare & instru-  
ere possunt.

Effectus excusatio omnimoda  
& peremptio utilitatis, quæ in ter-  
mino concessa fuerit.

Tit. XIII.

## EDENDO.

**L**ibellus est scriptura actionem continens: cujus partes sunt 3. Major propositio: narratio facti, petitio sive conclusio Species duæ: Vel enim civilis est, vel criminalis: propria varia, esse rotundum dilucidum, concludentem, non alternativum, non obscurum, non incertum.

Causa efficiens Lex. Objectum causæ omnes, de quibus solenniter litigatur. Forma præter conclusionem in quinque consistit. Quis, quid, corã quo, quo jure petatur, & à quo. Rectè compositus

B 7      quisq;

quisque libellus habet. Finis causæ certioratio, iudicii fundamentio.

Edere est copiam describendi adversario facere, eaque editio vel judicialis, vel extrajudicialis, item alia libelli, alia instrumentorum, alia rationum, alia actorum.

Causa efficiens est vel remota vel propinqua. Illa est prædictum prætoris hæc iussus Iudicis.

Impulsiva petitio partis. Objectum omnia jura, quibus Actor vel Reus in iudicio usus est. Forma est, ut primò copia, deinde originale exhibeatur. Finis, ut adversarius ita fortius de jure suo possit instrui.

Tit.



De

## PACTIS.

**P**Actum est duorum plurium-  
vè de re sua honesta conven-  
tio.

Estque vel publicum vel priva-  
tum.

Illud quod de re pub. hoc quod  
de privata contrahitur, quod ite-  
rum vel juris gentium vel legitimū.

Hoc quod lege cōfirmatur, estque  
vel obligatorium vel liberatorium.

Istud quod in usurpatione gētium

& æquitate cōsistit, & hoc vel con-

ventum vel nudum. Conventum

ut sunt omnes contractus nomi-

nati: Nudum, & vel rei traditione

completur, & dicitur contractus

in-

innominatus, vel non, & dicitur pactum nōdum in specie, quod est nuda cōventio, quæ nullum συναλλαγµα cōtinet super re certa pacta, nullam producēs jure civili actionem, sed ex edicto Prætoris ad excipiendum accommodata, & hoc iterum vel judiciale vel extrajudiciale, personale vel reale, obligatorium vel liberatorium.

Causa efficiens pactorum consensus. Impulsiva justa conventionis causa. Subjectum personæ quæ non prohibentur. Prohibentur autem, vel natura vel lege. Natura quæ consensum non habent: Lege quæ quidem habent, sed imperfectum. Objectum, res propria, honesta, licita, & in summa quæ turpem causam non continent. Finis est donatio Effectus varius, aut enim

enim loquimur de jure Naturæ  
 & Gentium aut Civili, aut Præto-  
 rio, aut Pontificio, aut moribus re-  
 ceptis. Quoad intuitum illius, o-  
 mnia pacta sive nominata, sive in-  
 nominata, sive traditione impleta  
 sint sive non, producant obligati-  
 onē & actionē, isto jure inter gen-  
 tes efficacissimam. Quoad intuitū  
 juris Civilis distinguitur inter pacta  
 juris gentium & legitima hæc pro-  
 ducunt actionem, eandemq; ipso  
 jure tollunt: In illis subdistinguitur  
 aut sunt nominata, aut innomina-  
 ta, illa pariunt actionem, hæc ne-  
 quaquam, nisi traditione rei perfi-  
 ciantur, aut stipulatione munita,  
 aut in scripturam redacta, aut judi-  
 cialiter facta, bonæ fidei judiciis in-  
 continenti contra naturam, aut ex  
 intervallo contra formam contra-  
 ctus

Etus opposita, aut jurejurando firmata sint. Quoad respectum juris Prætorii pacta nuda traditione nõ completa exceptionem pacti conventi expressam gignunt.

De jure pontificio & morib. receptis ex quolibet pacto nudo deliberatè initò oritur actio vel præscriptis verbis, ubi complementum accesserit, vel condictio ex lege siue canone, quando simpliciter nudum mansit.

Ad effectum quoq; pertinet, quia stricti sunt juris, ad res & personas expressim in pactum nõ deductas, nisi vel ex dispositione legis, vel ex verisimili paciscentium cõjectura eæ simul videantur inclusæ non porrigantur. Solvuntur errore metu, dolo, pactis posterioribus.

Tit.

35  
Titulus XV.

De  
TRANSACTIONIBUS.

**T**Ransactio vel est rei dubiæ & litigiolæ conventa decisio vel contractus innominatus jurisgentium, stricti juris, de re dubia & litigiola ob aliquod contra dandum remittenda, nullam pariens jure Civili actionem, sed tantum ad exceptionem proficiens. Ejus partes duæ sunt, remissio litis & pro remissione alicujus rei præstatio species simplex, Aquiliana generalis, jurata, injurata, judicialis, extrajudicialis.

Causa efficiens consensus. Impulsiva litis eventus dubius, Subj-  
ctum

Etum omnes, qui pacisci possunt, tutores tamen vel administratores civitatum licet transigere, transigendo tamen donare aut jus liquidum sine assensu superioris remittere nequeunt. Objectum res dubia & litigiosa, non iudicata quod enim semel finitum est, finiri amplius non potest, non controversiæ ex testamentis: item crimen quodvis capitale excepto adulterio, non tamen criminalia, non capitalia, nisi ante cœptum iudicium. Forma est, quod aut fiat per pactum simplex, aut per Aquilianam stipulationem, aut purè, sub conditione aut modo, sub iuramento vel secus, judicialiter vel extra iudicium. Finis litium compositio. Effectus habere vim rei iudicatæ, nō admittere pœnitentiam, tollere prio-

priorem actionē ope exceptionis si  
 simplex ipso jure, si Aquiliana fue-  
 rit, parere exceptionem, (hodiè a  
 jure Pontificio actionē parit) privi-  
 legiatam & litis finitæ, & hoc quan-  
 do ab utraque parte impedimentū  
 accepit: ubi verò illud adhuc est in-  
 fieri, ibi aut prior actio adhuc su-  
 perest, quod fit, quādo transactio  
 est simplex aut sublata q̄a vel per-  
 sonalis vel trāsactio Aquiliana est.  
 Priori casu agitur actione priori,  
 posteriori casu agitur actione præ-  
 scriptis verbis, quando scilicet actor  
 litem remisit. Reus autem ubi præ-  
 stare promissum cessat, ad id ut vel  
 liberatio condicatur, vel comple-  
 mentum accedat, vel siquidem cō-  
 plementum accesserit, sed dolosè  
 dabitur actio de dolo.

Affinia sunt compromissum

con-

tractus innominati, divisio, res judicata, Contraria, dolus, falsitas, error, læsio ultra dimidium, si tantum super casu, non vero simul dubio mortalitatis eventus transactum sit.



## *Liber III.*

Titulus I.

De

# POSTULANDO.

**A**Dvocatus est, qui aliorum desiderium in jure exponit, vel adversarii aliorumque desiderio contradicit.

Causa ejus efficiens est, vel consensus, vel jussus Magistratus ordinarii,



narii, quia enim advocare officium quodammodo publicum est, advocatus, sumtibus tamen petentis nisi pauper sit, quo casu in Civilibus ex ærario publico, in criminalibus ex marsupio actoris præstatur salarium, ad postulandum compelli poterit.

Postulare possunt, qui non prohibentur. Prohibentur autem vel edicto, vel lege, vel sententia. Edicto vel omnimodò vel respectivè, Omnimodò, tam pro se quam aliis ut in primo ordine: Respectivè, pro aliis tantùm, iisq; vel omnibus, ut in secundo, vel certis tantùm personis, ut in tertio ordine. Lege prohibentur arbitri, Judices in causa quam judicaturi sunt, Clerici nisi pro se vel conjunctis personis, potentiores, fiscus, civitates, libertus

con-

contra patronum, Vasallus contra  
dominum.

Sententia Judicis, quibus ob cō-  
tumaciam vel delictum advocati-  
one interdicitur. Finis conservāda  
Magistratus authoritas. Effectus  
repulsa, excusatio à contumaria

Titulus II.

De

## HIS QUI NOTAN- TUR INFAMIA.

**I**Nfamia est fame imminutio, no-  
ta sive privatio. Estque juris vel  
facti. Illa, quando lex ob aliquod  
turpe commissum notat, hec quan-  
do alicujus existimatio apud gra-  
ves & honestos viros prægravata  
est. Estque in utraque alia levior  
& alia gravior.

Causa

Causa efficiens est edictum, Lex  
 Scutum plebiscitum, decretum Prin-  
 cipis, sententia Judicis. Impulsiva  
 dolus non lata culpa.

Edicto notatur milites ignomi-  
 niæ causa missi, Lenones adulteræ,  
 turpē quæstum ex corpore facien-  
 tes, damnati ex delictis publicis vel  
 privatis, item post litem contestatã  
 nisi pro redimenda noxa super cri-  
 minibus privatis transigatur.

Item damnati actione tutelæ, de-  
 positi, pro socio, mandati. Mulier  
 intra annum luctus nubens bina  
 sponsalia de præsentis eodem tem-  
 pore celebrans, usurarius &c.

Lege notantur perjuri, venien-  
 tes contra transactionem juratam,  
 Notarius super contractu illicito  
 instrumentum conficiens & simi-  
 les.

C

Sen

Sententia Judicis, quib. Judex poenam infamiae prostituit.

Irrogatur autem ista infamia ex edicto vel lege manans, vel ipso jure, vel per sententiam Judicis, vel genere poenae. Ipso jure aut cum tale quid notorie commissum est, quod lex non alia poena quam probro dignum judicat, aut quando statim lex turpi facto dedecus adhaerescere sancit. Per sententiam ubi cōdemnatio requiritur genere poenae, quando quis ignominiosa poena ex causa turpi affigitur.

Probatur infamia juris per testes omni exceptione majores causam talem, ex qua per legem vel edictum infamia sequatur, allegantes.

Qui quoque non in uno loco & tempore infamatum pro infami

mi habitum asserant. Effectus est exclusio à dignitatibus.

Evitatur infamia vel per procuratorem, in quibus ille intervenire potest, oblationem poenæ antè sententiam vel post, si suspensa sit transactionem autoritate Judicis factam, graviolem poenam appellationem, restitutionem in integrum.

### Titulus III.

De

## PROCURATORIBUS ET DEFENS:

**P**rocurator est, qui negotia aliena mandato domini administrat, estq; vel universorum bonorū sive universalis, vel certæ alicujus rei, vel litis negotiivè. Sive specialis

C 2

cialis

cialis, idque vel cum libera vel se-  
cus.

Deinde vel in rem suam vel alie-  
nam, judicialis vel extrajudicialis,  
verus vel falsus.

Causa efficiens consensus utri-  
usque, subjectum relatum omnes,  
qui dare prohibentur.

Prohibetur autem dare, excom-  
municatus pupillus, minor sive tu-  
toris, curatorisve assensu, Syndic<sup>us</sup>,  
tutor, Curator ante litem conte-  
statam filiusfamil. Subjectum cor-  
relatum itidem qui dari non pro-  
hibentur.

Prohibentur autem minores 17.  
annis, foeminae, nisi litem agant su-  
am aut pro parentibus, liberis, ma-  
ritove intercedant, quibus tamen  
hodie à Judice curator constituitur  
miles in causa aliena, digniores,

po<sup>o</sup>

potentiores, redemptores alienarum litium, Civitas non tamen famosi, licet hodiè à benè constitutis dicasteriis indistincta prohibitione arceantur. Objectum omnes res civiles, non verò criminales, nisi ubi aut absens possit damnari aut pœna levior relegatione imponenda veniat, aut actio criminalis civiliter instituta sit, non judicia famosa, quando pœna vel est vel petitur arbitraria. Neque popularia, nisi à parte rei. Forma respicit vel ipsum procuratorem vel mandatum, illa consistit in constituendo, & fit consensu, eoq; vel expresso vel tacito, puro vel conditionato. Hæc vel in formando vel probando. Ejus requisita sunt ut exprimat nomen constituentis & constituti contra quem, in qua causa,

coram quo Iudice & ad quos actus procurator eligatur.

Item ut præcipui actus subjun-  
cta clausula cum liberta, & de rato  
specificè designentur, hæc fit vel p  
probationem plenam puta per te-  
stes, acta publica, instrumenta, vel  
semiplenam, ut per præsumtio-  
nem.

Finis est, ut cum ipsi rebus no-  
stris superesse non possimus alius  
vicem nostram subeat.

Effectus, quod qui mandatum  
semel suscepit sine justissima causa  
pœnitere nequeat, quod fiat domi-  
nus litis & omnes actus iudicarii,  
ut & sententia præterquam in cri-  
minalibus, matrimonialibus &c.  
ad ipsum dirigantur.

Item obligatio quæ à parte do-  
mini directa, à parte procuratoris

con-



cōtraria est, qua quicquid ex mandato vel necessario vel utiliter impendit, persequitur. Affinia sunt nuncius, Notarius, Syndicus, Defensores, non Advocatus, hujus officium honorificum: procuratoris autem vile est. Quicquid enim advocatus filiusfam. acquirat, peculium quasi castrense, quicquid procurator, adventitium est, & quoque procuratore est questus communis mercantiae, advocare autem ornamentum doctrinae & eruditionis. Solvitur mandatum procuratorum vel inter vivos, vel per mortem, illud fit dissensu utriusque vel alterutrius, idque vel ex parte domini, & dicitur revocatio sive mutatio, que fit vel quando res adhuc est, & indistincte, vel desit esse integra, & non nisi ex justissima causa per-

mittitur: vel ex parte procuratoris,  
 & dicitur renunciatio, in qua idem  
 quod in revocatione obtinet: fini-  
 ta instantia, obveniente paupertate  
 alterutrius, exceptione dilatoria,  
 quæ desumitur vel ex causa effici-  
 ente, vel materiali, vel formali: Per  
 mortem ex parte domini, quando  
 res adhuc est integra: ex parte pro-  
 curatoris, etsi esse desierit.

Defensor est, qui citra expressum  
 mandatum ad defendendum venit,  
 estque vel necessarius vel sponta-  
 neus. Ille dicitur, qui quia ad agen-  
 dum se obstringi passus est, defen-  
 dere quoque cogitur. Hic quicun-  
 que ultrò defensionem suscipit.  
 Subjectum quilibet legitimam per-  
 sonam habens standi in iudicio.

Adjuncta: satisfactio, ut defen-  
 dat boni viri arbitratu, ut quando  
 pro

pro conjuncta persona experitur,  
de rato interim caveat, ut denique  
omnia fideliter, atq; ipse dominus  
facere posset, peragar.

Titulus IV.

QUOD CUJUSCUN-  
QUE UNIVERSITATIS.

NOMINE.

**S**Yndicus est Procurator Univer-  
sitatis, qui communi mandato  
causas & lites Universitatis in judi-  
cio persequitur, & administrat.

Causa ejus efficiens vel lex, con-  
suetudo. Universitas, Collegium  
aut major ejus pars, aut ordo, aut  
illi, quibus ordo commisit. Sub-  
jectum periti & originarii, quando  
haberi possunt. Objectum causæ  
tam criminales quam civiles.

C 5

For-

Forma eligendi ex cōsuetudine varia, ubi consuetudo deest, forma juris servanda est, nempe ut omnes qui constituere debent, convocentur in locum aliquem publicum, uno eodemque tempore per sonitum campanæa ut tubæ, aut aliud signum usitatum.

Formandi instrumentum coincidit cum procuratorio. Finis necessitas & utilitas. Effectus eadem cum procuratoribus potestas. Solvitur syndicatus iisdem penè modis, quibus procuratio.

Titulus V.

De

**NEGOCIIS GESTIS.**

Ne-

¶

**N**egotiorum gestor est, qui negotia alterius citra judicialia sine mandato administrat.

Causa efficiens lex. Impulsiva, iustus benefaciendi affectus. Forma ut absque mandato gestio suscipiatur. Subjectum, quilibet. Objectum res alienæ extrajudiciales. Finis utilitas publica. Effectus obligatio & actio duplex, una directa, quæ datur domino adversus gerentem ad id, quod vel dolo vel omni culpa admiserit. Altera contraria, qua gestor impendia persequitur.

Titulus VI.

De

## CALUMNIATORI- BUS.

**C**alumniator est, qui pecuniã  
ut alicui negotiũ faceret, vel

C 6

non

non faceret, accepit unde actio in factum intra annum in quadruplum, postea in simplū, non tamen ad hæredes, neque in hæredes, nisi quantum ad eos pervenerit transitoria, cum qua condictio ob turpem causam, & aliquando criminalia judicia concurrunt.



## LIBER IV.

Tit. 1. 2. & subseq.

**R**estitutio in integrū est remedium extraordinariū, quo Prætor deceptos aut læsos in eam causam, in quâ ante deceptionem aut læsionem erāt ex justa causa reponit ac reducit. Ejusque species sunt  
sex

lex: Merus, doli mali, minorenni-  
tatis, absentia, status mutati, & ali-  
enationis, iudicii mutandi causa  
facta.

Restitutio ex eo, quod meras  
causa datur iis, qui vel per vim vel  
metum, qui in constantem virum  
cadat, qualis est mortis, vinculoꝝ,  
carceris, stupri &c. aliquid vel pro-  
mittere vel tradere compulsi sunt,  
idque per modum vel actionis,  
quando res tradita, ut retradatur  
cum omni causa vel exceptionis,  
quando nudè promissa est, ne con-  
dicatur aduersus eos, qui vim me-  
tumvè intulerunt, ut & rei per vim  
ablatae possessores quoslibet antè  
sententiã in simplum, postea intra  
annum tamen in quadruplum, nõ  
in hæredes, nisi in quantum ad eos  
peruenit.

C 7

Re-

Restitutio ex dolo malo, qui est calliditas vel fallacia sive machinatio ad circumveniendū decipiendumvè alterū adhibita: Datur dolosè circumventis eo in casu, ubi remedium ordinarium nō suppetit, intra biēnium adversus decipientem ejusve hæredes ac successores cæteros in quantum ad eos pervenit ad id, ut præstetur quanti interfuit agentis circumscriptum non fuisse quo casu damnatum sequitur jactura existimationis.

Restitutio ex minorennitate datur minorennibus sua facilitate in civili causa circumventis, non ex eventu aliquo fatali læsis, intra 25. annum & quadriennium proximum ad id, ut tam adversarius, quàm ipse jus suum integrum recipiat, sumptusq; in rem facti unà cum



cum fructibus omniq̄ue causa tam  
 reo quàm minori restituantur.

Restitutio ob status mutationē  
 datur creditoribus, qui cum capite  
 minutis antea cōtraxerant ad hoc  
 ut obligationes perinde ac si nulla  
 capitis minutio intercessisset, red-  
 integrentur. Est autem capitis di-  
 minutio prioris status mutatio, &  
 vel Maxima quando libertas, civi-  
 tas &c. familia vel Media, quando  
 civitas cum familia, vel Minima  
 quando familia amittitur.

Restitutio ex absentia datur iis,  
 qui vel Reipub. vel ex alia justissi-  
 ma causa adfuerunt ad hoc, ut re-  
 scissa usucapione priorem actionē  
 vel exceptionē recipiant, quo ca-  
 su, nec præsentibus officere possunt,  
 ut qui eodem modo adversus ab-

Re-

Restitutio ob alienationem iudicii mutandi causa facta tribuitur iis, quorum res vel petitio propter dolosam adversarii, ut iudicium mutaret alienationem deterior effecta est, ad illud quod interest alium adversarium non fuisse suppositum.

Causa efficiens Prætor: προκαταρκτική petitio & imploratio officii Judicis. Impulsiva æquitas causæ. Objectum res momentola. Forma, ut petitio intra legitima tempora proponatur implorato officio Judicis vel intentata etiam actione, id est, plenè causa cognita & probata citatisque partibus restitutio fiat. Finis & effectus, ut ætate vel errore, vel alia justa causa subveniatur, perinde atque si lapsi non essent.

Tit.

57  
Titulus VIII.

De

RECEPTIS.

**A**rbiter est Judex cui ut viro bono à litigantibus res definienda committitur, estque vel arbiter in specie, sive compromissarius, in cujus sententiam sub poenae stipulatione committitur, unde ab ea, nec reductio, nec appellatio quantumvis iniqui admittitur, nisi extra metas compromissi valetur, aut alio modo invalida sit.

Sunt enim compromissa ad similitudinem Judiciorum redacta: vel arbitrator sive compositor amicabile, qui juris solennibus non observatis pronunciat, & à cujus arbitramento reductio datur intra tricennium.

Ar-

Arbitrium autem est opinatio  
& iudicium boni viri, cui partes  
sub poenæ appositæ præstatione  
parere, ut & ille sententiam dicere,  
coguntur.

Oritur exinde actio & exceptio,  
quando sententia lapsu decennii  
est homologata, nisi de enormi  
læsione appareret, quo casu & post  
decem dies exceptio doli opponi  
posset.

Titulus IX.

NAUTÆ CAUP.

ET STABUL.

**A**ctio ex recepto datur adversus  
Nautas, Caupones, Stabula-  
rios, ad id ut res receptas, licet cu-  
stodiæ ipsorum, nec assignitæ, nec  
mercedē de super pacti sint, salvas  
re-

restituunt, non solum, ubi facta  
 proprio, sed & alieno interierint.  
 quin & si familiae dolo res oblata  
 probetur, domini ex quasi de-  
 licto in duplum obli-  
 gantur.

Pars



Pars Secunda.

*Liber V.*

Titulus I.

De

JUDICIIS ET UBI

&c.

**J**udicium est legi-  
 tima controversiæ apud  
 Judicem tractatio & diju-  
 dicatio: partes ejus sunt  
 litis contestatio & sententia, suntq;  
 quoad speciem, vel Civilia, Præto-  
 ria, aut Criminalia.

Ci-

Civilia sunt, quæ officio Judicis  
 mercenario: Prætoria quæ viva  
 Magistratus voce ac nobili pluri-  
 mum iudicio, criminalia, quæ pœ-  
 nis ac imperio expediuntur, quæ  
 rursus aut privata quæ privatam,  
 aut publica quæ publicam vindictam  
 persequuntur. Civilia aut sunt rea-  
 lia, aut personalia, aut ex his mix-  
 ta. Realia rursus aut petitoria aut  
 possessoria. Petitoria aut universa-  
 lia, quibus universum corpus mul-  
 torum diversorum iurium petitur,  
 aut generalia, in quibus de uno  
 quidem iure, sed quod multas ha-  
 beat species, agitur: aut particula-  
 ria, quibus una tantum species vin-  
 dicatur. Constituunt iudicium Ju-  
 dex, actor & reus. Iudices dare, ut &  
 dari possunt, quando prohibetur.

Pro-

Prohibentur autem vel naturâ,  
 vel lege, vel moribus. Actor est,  
 qui prior ad iudicium provocat, &  
 quilibet esse potest, dummodo le-  
 gitimam personam habeat standi  
 in iudicio. Reus omnis fieri potest,  
 Objectum iudiciorum sunt causæ  
 & lites, quæ versantur vel circa pe-  
 cuniam vel crimina. Forma est ut  
 hodie Reo citato libellus offeratur  
 & induciæ deliberatoriæ reo con-  
 cedantur, quo facto exceptiones di-  
 latoriæ proponuntur, quæ si nul-  
 læ adsint, lis contestatur, proba-  
 tiones deducuntur, & tandem ad  
 sententiam concluditur, quæ nisi  
 per viam adpellationis suspensa sit,  
 postmodum executioni mandatur,  
 & hoc quando uterque, & actor, &  
 reus comparent, si actor emanse-  
 rit, reus obsequens interim absol-



vitur ab observātia iudicii, si reus post trinam denūciationem in petitionem Actoris condemnatur. Finis ne quis privatam vindictam exerceat.

Effectus actionum perpetuatio, inviti obligatio, præscriptionum interruptio & malæ fidei inductio, Affinia, arbitria.

Contraria, recusatio & metatio iudicis, morbus fonticus, sententię præscriptio.

Actor sequitur forum Rei. Forum autem contrahitur vel ratione contractus vel domicilii, vel delicti, rei situatæ, causæ, continentia, conditionis, & existentia: ubi tamen qui alibi contraxerat ad domum citatus domo exire & forum contractus sequi nō cogitur & hoc ob domicilii privilegium.

Tit.

De

## INOFFICIOSO TESTAMENTO.

**Q**uerela inofficiosa est implo-  
ratio Judicis, qua quis accusat  
scriptum testamentum petitque il-  
lud ut injustum rescindi. Datur  
1. descendentes, 2. ascendentes,  
3. fratribus & sororibus, si turpis  
persona sit instituta; ut & ipsorum  
hæredibus suis indistinctè, extra-  
neis, non nisi à defuncto præpara-  
ta, & hoc nisi vel quinquennium  
excurrerit, vel testamētum milita-  
re, vel super peculio castrensi, vel  
quasi conditum sit, vel talvo testa-  
mento ad supplementum agi pos-  
sit. Competit adversus hæredes  
scri

scriptos vel nuncupatos, directos,  
vel fideicommissarios, hoc colore  
quasi non sanæ mentis fuerit testa-  
tor cum testamentum conderet  
ad eum effectum, ut rescisso testa-  
mento res ad causam intestati abe-  
at.

Titulus III.

De

HEREDIT: PETI-  
TIONE: ET SUBSEQ.

**H**ereditatis petitio est actio ci-  
vilis, universalis, in rem peti-  
torii iudicii, bonæfidei, quâ quis  
petit hæredē se declarari, hæredita-  
temque jure ad se pertinentem ab  
eo, qui pro herede, vel pro posses-  
sore possidet, sibi restitui. Estque  
vel Civilis vel Prætoria: Civilis est,


**D**

qua

qua petitur hæreditas civilis, eaq;  
vel directa vel fideicommissaria.

Directa competit heredi, ad quæ  
successio per directum pertinet ad-  
versus pro hærede vel possessore  
possidentem ad id, ut declaretur  
hæres, & hæreditas officio Judi-  
cis restituatur: estque vel universa-  
lis vel particularis, illa petitur tot<sup>9</sup>  
as, hac verò certæ assis partes, &  
idem in hac, quod in ista obti-  
net, Fideicommissaria est, quæ  
datur heredi fideicommissario, nō  
tamen adversus hæredem fiducia-  
rium, Prætoria sive possessoria est  
qua petitur hæreditas Prætoria, &  
datur bonorum possessoribus ea-  
demque recipit, quæ de actione  
civilis prædicantur.

*Lib. VI.*



## *Liber VI.*

### Titulus I.

De

## REI VINDICATIONE.

**R**ei vindicatio est actio realis specialis, qua quis petit, se dominum rei controversæ declarari, & eam officio Judicis à possessore restitui.

Estque vel directa vel utilis, illa pro dominio directo, hæc vel pro quasi, vel utili competit.

Causa ejus efficiens est, jus civile, & ll. 12. tab. Subjectum relatum omnis quicumque sive jure gentium, sive civili, sive revocabiliter,

D 2

sive

sive irrevocabiliter dominium habet.

Subiectum correlatum quilibet qui vel actu possidet, vel dolo malo possidere desit.

Objectum res corporales: Incorporales enim vel negatoria vel confessoria petuntur: unde alia vindictio proprietatis, alia servitutis, alia pignoris.

Forma ve est vindicandi, vel restituendi, illa expeditur, quando actor in libello dominum se declarari proponit, & sic officio Iudicis re ab adversario possessam sibi restitui intendit. Hæc aut expeditur à bonæ aut malæ fidei possessore. Quando illud, fit restitutio respectiva, & aut sunt fructus pendentes, percepti tantum aut consumpti; si pendentes percepti-

ptive tantum fit restitutio omni-  
moda, deductis tamē prius expen-  
sit necessariis & utilibus : si con-  
sumpti, servantur, modo consum-  
ptio facta sit ante litem contesta-  
tā : Quādo hoc, sit restitutio omni-  
moda, nec inter fruct<sup>9</sup> ullos distin-  
guitur.

Finis & effectus est, ut vero do-  
mino res sua prope diem restitua-  
tur.

Contraria exceptio dominii &  
præscriptonis, quæ aut intenditur  
ratione rei, & pro ipsius qualitate,  
vel triennio, vel vicennio circum-  
scribitur, aut ratione actionis,  
& 30. annos requi-  
rit.

D 3

Tit.

## Titulus II.

De

PUBLICIANA IN REM  
ACTIONE.

**P**ubliciana est prætorica, sive utilis rei vindicatio. Causa efficiens Prætor. Impulsiva æquitas. Subiectum relatum bonæ fidei possessor, Correlatū quivis possessor vel detentor, cui modo facultas restituendi subsit.

Objectum res à non domino ex justa causa dominii acquirendi, bona fide accepta. Forma vindicandi ut actor iustum titulum, bonam fidem & traditionem subsequatam, atque rem nondum, quasi tamen usucaptam deducat; restituendi cōcurrit cum rei vindicatione.

Fi-



Finis possessionis ex justo titulo  
acquisitæ restitutio.

Effectus cū rei vindicatione co-  
incidit. Contraria, domini exce-  
ptio.

Titulus III.

SI AGER VECTI-  
GALIS AUT EMPHY-  
TEUTICUS.

**R**Ei vindicatio utilis pro utili  
dominio datur Emphyteutica  
riis. Emphyteusis est contract<sup>9</sup> ju-  
ris civilis nominatus, bonæ fidei,  
in quo dominus utile dominium  
ac possessionem sui prædii in Em-  
phyteutam perpetuo transfert, ea  
lege, ut is prædium colendo red-  
dat melius, & in recognitionem  
dominii directi, quod dominus re-

tinet, canonem quotannis præ-  
stet.

Estq; vel Ecclesiastica, quæ ad res  
Ecclesiæ, vel civilis, quæ ad res pri-  
uatorum pertinet.

Causa efficiens est lex & consen-  
sus contrahentium, vel præscriptio.  
Objectum, res immobiles. Forma  
constituitur ex pactis, & ut domi-  
nium directum retineat dominus,  
emphyteuta utile consequatur, sic  
tamen ut in re cognitionem directi  
dominii etiam pensionem annuam  
solvat: non tamen in scriptis, nisi  
in Ecclesiastica, nisi ad probatio-  
nem. Finis agricultura. Effectus,  
exclusio pœnitentiæ, actio emphy-  
teuticaria, exceptio damni totalis  
quoad dominum, particularis quo-  
ad emphyteutam.

Finitur linea recta accipientis  
ex-

extincta, præscriptione non soluto  
 canone per biennium in Ecclesia-  
 stica, per triennium in Emphyteusi  
 Civili, alienatione citra consen-  
 sum domini facta, & dolosa domi-  
 nii interversione.

✠✠✠ ✠✠✠ ✠✠✠ ✠✠✠ ✠✠✠ ✠✠✠ ✠✠✠ ✠✠✠ ✠✠✠ ✠✠✠

## *Liber VII.*

### Titulus I.

De

**USUFRUCTU, ET  
 QUEMADMODUM QUIS  
 UTATUR, &c. & seqq.**

**S**ervitus vel est personalis vel re-  
 alis. Illa est quando res personæ:  
 Hæc quando res rei inservit. Perso-

D §

na-

malis aut est ususfructus, aut usus  
 aut habitatio. Ususfructus confi-  
 deratur, vel in genere vel in specie.  
 In genere est commoditas perci-  
 piendi ex re qualibet. Et est vel  
 causalis, quando causa sive pro-  
 prietati cohaeret, de qua specie hic  
 non agitur, quia nec servitus est:  
 Vel formalis quando à propieta-  
 te separatus est, qui definitur jus  
 alienis rebus utendi fruendi salva  
 rei substantia. Estque vel verus vel  
 quasi, ille in rebus non consumpti-  
 bilibus: Hic contra constituitur.

Acquiritur conventionē, stipu-  
 lationibus, testamento, praescri-  
 ptione etiam longi temporis, jure  
 accrescendi inter re tantum, ver-  
 bistantum, vel re & à verbis simul  
 conjunctos. Ultima verò voluntate  
 constitutus nō nisi à tempore adita  
 ha-

hæreditatis debetur. Amittitur  
 morte naturali & civili, rei interi-  
 tu, vel in aliam eâ formam muta-  
 tâ, cessione domino proprietatis  
 facta, consolidatione, non uten-  
 do per modum & tempus. In mu-  
 nicipiis vel quando everfa vel an-  
 nus centesimus excurrerit. Quasi  
 ususfructus, ut dixi, constituitur  
 solis ultimis voluntatibus, inter vi-  
 vos enim res in mutuû abit: in re-  
 bus fungibilibus, accedente cautio-  
 ne usufructuaria.

Amittitur sola morte naturali &  
 civili. Vindicatur autem usufru-  
 ctus, ut & quælibet servitus actione  
 vel confessoria vel negatoria. Illa  
 quando deberi asseritur, & inten-  
 tatur hæc actio ab usufructuario  
 contra dominum fundi, vel quos-  
 libet alios usum rei impediêtes ad

hoc ut cogatur adversarius cum u-  
 ti-frui permittere liberrimè, & hoc  
 nomine caveat. Hac quando debe-  
 ri negatur, quam exercet dominus  
 feudi adversus eum, qui aliquo usu  
 servitutis libertatem rei impedit, &  
 sibi usurpat ad hoc, ut prædium de-  
 claretur liberum, & jubeatur cave-  
 re adversarius, ne ipsum ulterius  
 turbet, & quanti interest præterito  
 tempore non usurpatum fuisse, ut  
 sibi rependat, quod in corporali-  
 bus secus obtinet.

Ad usum fructum proximè acce-  
 dunt operæ servorum, quæ tamen  
 nec morte usufructuarii, nequè ca-  
 pitis diminutione, nec non utendo  
 pereunt.

Ufus constituitur sine fructu ad  
 hoc ut quis utatur fruatur re alie-  
 na ad suas necessitates, & concur-  
 sit

rit cum usufructu, quoad modum  
constituendi & finiendi, differt quo-  
ad modum percipiendi.

Habitatio est usus ædium. Dif-  
fert ab usu, quod hic in jure, illa in  
facto consistat, nec extinguitur ca-  
pitis diminutione. Constituto au-  
tem usufructu exigitur cautio, quæ  
est vel de re boni viri arbitrata u-  
tenda fruenda, vel restituenda: Il-  
la statim amittitur, atque res de te-  
rioratur. Hæc non nisi usufructu,  
modis quibus expirare solet, disso-  
luto.



## *Liber VIII.*

### Titulus I.

**S**ervitus est jus agendi habendi-  
ve aliquid in fundo alieno ad sui

D 7

præ-

prædii utilitatem, quod jure com-  
 muni agere habere non licet. Est  
 que vel personalis quæ ad usum per-  
 sonæ, vel prædialis, quæ ad utilita-  
 tem prædii constituitur. De perso-  
 nalibus supra dictum: Prædiales vel  
 sunt continuæ, quæ continuum ac-  
 tum, vel discontinuæ, quæ actum di-  
 scontinuū habent. Causa efficiens  
 inter vivos, pactiones, præscriptio-  
 nes quo tamen casu distinguitur, ut  
 si continuæ sint tempore longo, si  
 discontinuæ immemorali præscri-  
 bantur: vel ultimæ voluntates. Sub-  
 jectum sunt prædia aliena. Forma  
 perficitur, vel promittendo, vel  
 constituendo, illud fit, quando ser-  
 vitute uti licere spondetur, hoc ubi  
 per patientiam domini quis in u-  
 sum servitutis inducitur. Effectus,  
 vis & natura subsequentibus regu-  
 lis



lis circumferibitur: I. Servitutum  
 eam naturam non esse, ut fiat ali-  
 quid. II. Servitutes sua natura per-  
 petuam continuā causam habere.  
 III Divisionem non recipere. IV. In  
 toto fundo totas esse, & totas in  
 qualibet fundi parte.

Tit. 2. 3. & 4.

**S**ervitutes Prædiales vel sūt præ-  
 diorum urbanorum vel rustico-  
 rum: Illæ sunt, Jus altiùs tollendi,  
 quando libertas naturalis statuto  
 vel pacto restricta remittitur. Al-  
 tiùs non tollendi cum vicino con-  
 tra naturalem libertatem, nec ultra  
 præscriptam formam ædes erigat  
 imponitur: Servitus luminum im-  
 mittendorum, cum vicinus lumina  
 nostra excipere cogitur. Ne lumi-  
 nibus officiat, quando vicinus  
 nub-

nullo modo luminib. nostris offi-  
 cere potest: Ne prospectui, qua id  
 agitur, ne quid objiciatur ad mi-  
 nuendum prospectum gratiores;  
 Stillicidii vel fluminis, qua consti-  
 tuta stillicidium vel aqua vel plu-  
 via in aream vicini derivari potest:  
 Tigni immittendi, ut liceat trabem  
 in alienum, ut ubi requiescat im-  
 mittere: Projiciendi, ubi arcerae su-  
 per aream alterius promittentes  
 projiciuntur: Protegendi, quando  
 tectum meum ita tegitur, ut flu-  
 men in vicini aream defluat: Oneris  
 ferendi, qua columna aliena onus  
 adium nostrarum sustinet: Cloacae  
 item foraminis: proluendi, qua im-  
 mundities in alienum proluitur:  
 Positum habendi, qua id demum  
 agitur, ne quid privatim positum  
 habere liceat, cujus casus quando-  
 que

que no documento esse possit. Hæ sunt  
 iter, quod est jus ambulandi, eundi  
 hominis : Actus quem dicunt jus  
 agendi iumentum, vel vehiculum:  
 Via, quæ est jus vehendi: Aquæ du-  
 ctus, quando per fundum alienum  
 canales ducere, aquæ haustus, quã-  
 do ex fonte alieno aquam haurire  
 permittitur: pecoris ad aquam ap-  
 pulsus, qua jus ad aquam pecoris  
 acquiritur.

Communia utriusque servitutis  
 sunt: 1. inhære prædio. 2. cum  
 prædio transire. 3. iisdem modis  
 posse constitui. 4. proprio tantum  
 fundo posse acquiri. 5. non consti-  
 tui in rebus humano consortio ex-  
 emptis. 6. per hæreditatis aditio-  
 nem confundi. 7. facta concessio-  
 ne omnia importare, quibus sine  
 explicari nequeunt. 8. posse con-

cur-

currere in eodem, modò una alterius usum non impediatur.

Titulus 5. & 6.

**V**Endicantur servitutes, vel cõfessori vel negatoria. Illa contra adversarium expetitur, qui servitutum deberi, hæc qui non deberi intendit, ad hoc ut vel servitutum vel libertas asseratur, & insuper de ulterius nõ turbando præstetur cautio.

Amittuntur confusione, concessione actus contrarii, rei interitus, conditione existente, negligentia non utentis.

*Liber*

---

*Liber IX.*

## Titulus I.

SI QUADRUPES  
PAUPERIEM.

Et

## Titulus II.

## AD L. AQUILIAM.

**D**ammum datur vel injuria vel sine ea, hoc, cum animal brutū sive quadrupes damnū sive pauperiem fecerit, illud cum homo, eo nomine intentatur actio de pauperie, quando scilicet quadrupes cū commota feritate contra naturam sui generis communem sine instigatu alterius nocuit, ab eo cujus in-

cer-

terest, adversus dominum præsentem, ad hoc ut vel damnum resarciat vel noxæ quadrupedem dedat, nisi suam negaverit, quo casu & ad solidam litis æstimationem transiri potest. Hoc nomine intenditur actio l. Aquiliæ, & vel ex primo cap. aut tertio : ex primo agitur adversus eum (non verò hæredes) qui hominem alienum vel quadrupedem culpa sua & injuria occiderit, ad hoc ut quanti ea res plurimi intra annum retrò proximum valuerit æstimationem sufferat, nō tantum corporis occisi, sed & damni inde emergentis, idq; vel directè ab ipso domino vel utiliter ex mente legis. Ex tertio agitur cæterarum rerum nomine sive animatæ sint, sive inanimæ, quando vel corrumpendo, collidendo, aut alio quocunque modo

modo damnum datum est : idque  
 itidem vel directè vel utiliter. Di-  
 rectè, quando ex corpore in corpus  
 damnum datum est : Utiliter, vel  
 in factum, quando litera legis defi-  
 cit, vel neque corpore, neque in  
 corpus, & tamen damnum datum  
 est.

### Titulus 3. & 4.

**A**ctio ex edicto de his, qui deje-  
 cerint vel effuderint, datur vel  
 civiliter adversus habitatorem  
 quèvis, cujus ex cœnaculo aliquid  
 in publicum interdium, quò vulgò  
 iter fieri solet dejectum vel effusum  
 ostenditur, ad duplum damni dati:  
 Competit autem cuilibet ex popu-  
 lo quia popularis est, non tamen  
 hæredi, sed ut uni ex populo intra  
 annum: vel noxaliter ad versus do-  
 mi-

minium vel possidentem , vel qui dolo malo possidere desiit, si servus ipso inscio damnum dedit ad hoc, ut vel noxæ dedatur vel damnum restituatur: Hodie verò, quia ministris liberis utimur , ultra ipsorum mercedem ex delicto nobis ignorantibus perpetrato non obstringimur.

---

## *Liber X.*

### Titulus I.

## FINIUM REGUNDORUM.

**A**ctio finium regundorum, quæ stricti juris est, & mixtam causam obtinet, est, qua agitur inter confines prædiorum rusticorum  
ad



ad hoc, ut limites congrua fundorum divisione, vel mutua adjudicatione & condemnatione distinguantur.

Subjectum relatum & correlatum domini prædiorum. Objectum prædia rustica. Forma vel est dirigendi vel probandi, illa consistit in eo, ut Judex in finibus regundis antiquam formam observet, & si obscura sine utriusque litigantis jura interim pro possessore respondeas: Hæc perficitur testibus, fama antiqua & similibus, ubi hoc singulare est ut Judex ipse rem oculis subjiciat & per geometras & agrimensores quæstionem finalem dirimat, vel aliquando etiam criminaliter in terminorum motores animadvertat.

Tit. II.

# FAMILIÆ ERCI- SCUNDÆ.

**A**ctio familiæ erciscundæ est bonæfidei, mixta, civilis, quæ ad divisionem hæreditatis officio judicis inter cohæredes faciendam agitur.

Estque vel directa vel utilis. Illa datur hæredibus civilibus: hæc bonorum possessoribus, fideicommissariis reliquisque, qui jure civili hæredes non sunt. Objectum hæreditas sive ex testamento sive ab intestato devolvatur.

Judicis officium in eo est, ut res communis dividatur, vel licitatione admitta & compensatione pretii facta alteri res, alteri pretium ad-

addicatur, ubi tamen deducuntur  
quæ titulo prælegati, debiti vel stu-  
diorum continuandorum erogan-  
da veniunt.

Effectus consistit in defendenda  
adjudicationis sententia, idque vel  
agendo vel excipiendo, nisi læsio  
ultra dimidium facta proponatur.

### Titulus III.

**A**ctio communi dividundo est  
mixta bonæ fidei, & datur de  
rebus singularibus, quocunq; titu-  
lo communibus ad hoc, ut habitâ  
præstationum personalium, ut &  
adjudicationis, condemnationis  
ac evictionis ratione officio Judicis  
dividantur.

Estque vel directa vel utilis: dire-  
cta datur dominis rerum corpora-  
lium communium sive possideant,

**E**

sive

sive non : utilis datur utilibus do-  
minis ad hoc , ut res jure incorpo-  
rali comprehensæ dividatur Quo-  
ad officium Judicis idem in hoc ju-  
dicio, quod in familiæ exercendæ  
servatur.


#### Titulus IV.

*Ad*

### EXHIBENDUM.

**A**ctio ad exhibendum est actio  
personalis in rem directa, quâ  
petitur, ut res exhibeatur, ejusque  
videndæ apprehendendæque copia  
actori fiat. Datur omni, qui quali-  
cunque actione in rem acturus est,  
& cujus qualicunque modo rem  
exhiberi interest. Competit ad-  
versus possessorem quemlibet sive  
civilis sit, sive naturalis. Objectum  
res

res mobiles. Judicis officium est  
 summam cognoscere, an agentis  
 interfit, exceptiones possessoris æ-  
 stimare, rem ita exhiberi jubere, ut  
 vindicandi, apprehendendique fa-  
 cultas actori fiat, & providere, ut  
 res omninò eadem in causa exhi-  
 beatur, in qua fuit, cum judicium  
 acciperetur, & id quidem cū omni  
 causa.



## *Liber XI.*

### Titulus 1. 2. 3. 4. 5. & 6

**J**udiciis realibus subjunguntur,  
 quæ vel ad præparamentum &  
 continentiam causæ faciunt,  
 vel neque ex contractu vero,  
 neque delicto ullo insigni exi-  
 stunt,

E 2 stunt,

stunt, mixtam causam obtinere videntur. Illa sunt interrogationes in jure factæ, quibus adversarius vel confitendo vel negando, vel contumaciter tacendo convincebatur, unde postmodum actiones interrogatoriæ surgebant, in quarum usum hodiè positiones sumuntur, ad quas si fuerit iussu Judicis responsum, reus ex confessione sua teneretur, si autem contumaciter nõ fuerit responsum reus aut pro negante habetur, si damno illi est negatio, aut pro confesso, si confessio illi damno futura est. Ista sunt regressus ad eundem judicem, apud quem jam ante inter plures vel familiæ exercendæ, vel communi dividundo, vel finium regundorum actum erat, si forte an quid ex istis judiciis postmodum quod disce-

disceptari possit, gliscat. Hæc sunt  
 actiones vel de servo filio vef. cor-  
 rupto vel fugitivis, vel aleatoribus,  
 vel si mensor falsum modum dixe-  
 rit : actio de servo corrupto datur  
 adversus corruptentem in duplū:  
 de fugitivis, adversus celantem ad  
 mulctam 100. solidorum : de alea-  
 toribus edictum datur, vel adversus  
 receptatores, vel aleatores ipsos:  
 quo ad illos hoc obtinet : ut si ver-  
 berati sint, vel quodcunque aliud  
 damnum propterea acceperint, vel  
 aliquid ipsis subtractum, nullam  
 movere possint querelam, quin  
 imò quisquis aleæ ludendæ causa  
 vim intulit, uti quæq; res est anim-  
 adversionem subire cogitur : Quo  
 ad hos hoc juris est, ut non nisi vir-  
 tutis causa ludere liceat, quod de  
 inter ludendum vendito nulla præ-

E 3 stetur

stetur evictio, & denique, si quid  
creditum sit exactionem fugiat.

Contra mensorem qui dolo ma-  
lo vel lata culpa falsum modum di-  
xit, agitur ad id, quod interest, agē-  
tis falsum modum non esse renun-  
ciatum, idque vel directè vel utili-  
ter. Directè adversus mensorem  
proprie dictum, utiliter adversus  
quemlibet, qui vel ulna vel mēsurā  
qualibet falsum commisisse cōvin-  
citur: cui subjungitur querela sive  
imploratio Judicis, quā mensorum  
aut estimatorum, aut aliorū omni-  
um, qui ex peritia artis suæ judicāt,  
judicium, mensura, taxatio &  
sententia impugna-  
tur

Tit. 7.



## Titulus 7. &amp; 8.

**I**udicia, quæ mixtam causam habere videntur, vel sunt divini vel humani juris, quæ sint humani, habuimus, quæ divini sequuntur; Ubi agitur vel per actionem vel interdictum. Per actionem agitur, vel de mortuo inferri prohibito, vel in locum in quem inferri non debebat illato, vel sumptibus in exequiis funebribus in sumptis: illo casu competit actio in factum per quam consequimur, quanti nostra interfuit prohibitum non esse, quæ ne consuetudine quidem induci potest, ut ob æs alienum sepultura inhibeatur, & cadaver arrestetur: Isto casu itidem nascitur in factum actio, quæ continetur, ut aut is qui intulit, tollat, quod illatum est,

est aut loci pretium præstet. Hoc casu oritur actio funeraria, quæ datur adversus hæredes de impensis necessariò vel utiliter in funerationem conversis, cujus actionis tantus favor est ut hujusmodi impensæ ante omne creditum cum bona solvendo non sunt ex hæreditate deducantur, quod item, & in expensis, quæ ob morbum defuncti contractæ sunt, obtinet

Per interdictum vel de mortuo inferendo vel sepulchro ædificando illo hoc continetur, ut si mortu<sup>9</sup> inferri prohibeatur, statim impedimentum removeatur, donec de jure sepulturæ ordinariè agatur, ac diligentior fiat cognitio: hoc illud comprehenditur, ut sepulchrum ibi, ubi jus inferendi est, ædificare liceat.

Pars



Pars Tertia.

Liber XII.

Titulus I.

**D**Uobus modis itur  
 in creditum, aut re ipsa  
 aut consensu. Re ipsa vel  
 cum damus, ut idem in  
 genere vel in specie reddatur: Cō-  
 sensu ut fit in cōtractibus consen-  
 sualibus: cum dam<sup>9</sup>, ut idem in ge-  
 nere restituatur. Re cōtrahitur mu-  
 tuum ab eo quasi ex meo tuū fiat,  
 dictum: quod est contractus rea-  
 lis, juris gentium, nominatus, stri-  
 cti juris, quo damus rem fungibi-  
 lem.

lem, ut eadem nobis in genere aliquando restituatur. Causa eius efficiens est conventio ac consensus contrahentium cum traditione rei quæ mutuum conciliat. Objectum res fungibilis. Forma consistit in domini translatione. Finis est, ut res ad necessitatem vitæ oportune, quarum in consumptione usus est inter homines communicentur. Effectus conditio certi, quæ & ex stipulatu competere potest.

Titulus II.

De

**JURE JURANDO.**

**J**usjurandum est invocatio Dei qua petimus, ut sit testis nostræ asseverationis, ut puniat fallentes, & respicitur vel secundum partes  
vel

vel causas, vel species. Partes ejus  
 duæ sunt: Invocatio Dei & impre-  
 catio nostri. Causa efficiens vel  
 pactio vel authoritas Judicis. Ob-  
 jectum res honestæ & licitæ, cujus  
 intuitu juramentum vel est fide-  
 litatis, quod à Vasallo seniori vel al-  
 teurationis, quod à subditis Magi-  
 stratui præstatur, vel promissoriū,  
 vel confirmatorium, vel deciso-  
 rium litis, quod in supplementum  
 probationum defertur. Species ju-  
 risjurandi deciforii sunt tres: Vo-  
 luntarium Judiciale & necessarium  
 Voluntarium est, quod extrajudi-  
 cium ex placito suscipitur. Cujus  
 effectus est obtinere ad instar rei  
 judicatæ & cedere loco solutionis.  
 Judiciale est, quod in judicio Actor  
 Reo, etiamsi nihil probaverit, præ-  
 stito pri<sup>o</sup> juramento calumniæ de-

fert, & vel præstandum vel referendum, eodemque effectu cum priori corrumpat. Necessarium est, quod Judex parti in defectum Probationem defert, idque vel Reo, quando suspicionibus oneratur, & dicitur purgationis, vel Actori quando semiplenè probavit, & dicitur suppletorium: Nam si vel nihil probatum fuit, Reus absolvitur, vel si plene, condemnatur, potest tamen hoc juramentum repertis novis instrumentis & probationibus retractari.

Oritur hinc actio in factum & exceptio. Adjacentia sunt boni mores, pietas, justitia, veritas, iudicium. Affinia, pollicitationes per dignitatem & nobilitatem factæ. Contraria vis, error, dolus, metus, absolutio.

Tit. 30

## Titulus III.

De

IN LITEM JURAN-  
DO.

**J**usjurandum in litem est, quod  
 à Judice defertur, quādo res do-  
 losè ablata per contumaciam non  
 restituitur, vel dolo malo restitui  
 nequit, Estque vel affectionis vel  
 veritatis, illo permittitur Actori  
 rem aestimare pro arbitrio: hoc  
 quanti res est. Illud nō admittitur,  
 nisi dolus præcesserit, hoc etiam  
 si culpa, illud non potest retractari  
 licet ex magna causa. Judex Reum  
 vel prorsus absolvere, vel minoris  
 condemnare possit, hoc potest. Il-  
 lud admittitur tantum in iis causis,  
 quibus agitur ad restitutionem vel

E 7

ex.

exhibitionem rei, siue actio sit realis siue personalis, siue arbitraria, hoc in causis omnibus.

Titulus 4. 5. 6. & 7.

**Q**uicquid datur, datur vel ob causam, eamq; vel honestam vel turpem vel sine causa. Si datur ob causam honestam causa non secuta, datur condictio, causa data causa non secuta: Si ob inhonestam & turpem, & tunc aut vertitur turpitudine solius dantis, aut accipientis, aut utriusque, priori & posteriori casu cessat repetitio, medio admittitur condictio ob turpem vel injustam causam. Si datur sine causa, datur vel sine causa ab initio & fit indebitum, quo casu conceditur condictio indebiti, qua quod nullo jure debetur, & ignoran-



ranter vel nullo jure solutum repetimus: vel ex postfacto, & cum nulla specialis condictio suppetit datur cōdictio generalis sine causa, quod fit vel cum aliquid tantum promissum est sine causa, aut ob causam quæ secuta non est, vel cū quid datum est ob causam veram & justam, quæ tamen ad causam nullam reducitur.

---

## *Liber XIII.*

### Titulus I.

De

## CONDICTIONE

### FURTIVA.

**C**ondictio furtiva est actio personalis, civilis, qua dominus  
in-

intendit à fure aut ejus herede, rem furto sublatam sibi dari oportere. Datur ei, qui fuit dominus tempore commissi delicti, ut & ipsius heredibus adversus furem ipsum vel heredes ipsius in solidum etiamsi nihil ad eos pervenerit ad id, ut res vel ejus æstimatio cum omni interesse & fructibus restituatur.

Titulus 2. & 3.

**C**ondictio generalis vel est ex lege vel triticiaria. Ex lege agitur, quando aliquid vel lege, mandato, rescripto vè &c. propositum, nec tamen quo genere actionis experiri oporteat, additum est. Triticiaria agitur ad rem quamlibet fungibilem excepta pecunia numerata, sive certa ea sit, sive incerta, in cujus æstimatione incun-  
da

da vel tempus condemnationis,  
mortis, vel moræ litis contestatæ  
attenditur.

#### Titulus IV.

**A**ctio stricti juris fit arbitraria  
quando quod certo loco pro-  
missum est, alio loco sub arbitrio  
judicis petitur, ubi tamen interesse  
& Actoris & Rei simul consideratur  
Rei semper, ne purè intendi possit  
Actoris non semper, nisi in culpa  
vel mora Reus fuerit. Quod secus  
in bonæ fidei judiciis, quæ ubique  
purè proponi possunt.

#### Titulus V.

**A**ctio de constituta pecunia est  
Prætoriana, & competit, quando  
quod naturaliter debebatur iterū  
nudo pacto sine verborum solen-  
ni-

nitate promissum est adversus promissorem ad hoc, ut vel promissum fiat, aut præstetur, quod interest.

### Titulus VI.

**C**ommodatum est contractus I.G. nominatus b. fidei, quo rem datam specificam ut eadem nobis in eadem specie reddatur. Causa ejus efficiens est consensus cum rei traditione conjunctus. Obiectum res omnes tam mobiles, quam soli, non fungibilis, nisi dicis gratia commodetur. Forma tradere rem præscripto tempore, sine & modo usus. Finis mutua rerum communicatio: Distinguitur autem à mutuo modis quinque, 1. obiecto, mutuum enim contrahitur in quantitatibus, commodatum in speciebus, 2. Effectu, in mutua-

ta


tarium transit dominium, quod se-  
 cus commodatario. 3. Modo con-  
 trahendi. 4. Usu. 5. Præstatione. Ef-  
 fectus actio commodati directa &  
 contraria. Illa datur commodan-  
 ti adversus commodatarium ad  
 hoc, ut res cum causa omni integra  
 restituatur: Illa commodatario  
 contra commodantem ad id, ut in-  
 teresse suum & impensas necessari-  
 as consequatur, ubi quod contra-  
 rio & compensationis jure servari  
 potest.

### Titulus VII.

**P**ignus est, quod creditori datur  
 propter crediti restituendi fi-  
 dem, & vel traditur & dicitur pi-  
 gnus in specie, vel nudè obligatur,  
 & dicitur hypotheca. Estque vel  
 voluntarium, idque vel expressum  
 vel

vel tacitum: aut necessarium, idque  
vel legale vel prætorium. Actio  
pignoratitia est, quæ pro pignore  
repetendo conceditur, estque dire-  
cta vel contraria. Directa datur  
debitori, qui rem pignori opposuit,  
adversus creditorem ejusvè here-  
dem ad hoc, ut pecunia soluta res  
reddatur, & damnum in ea dolo  
culpavè datum unà cum fructibus  
refarciatur: Contraria datur credi-  
tori adversus debitorem, ad hoc ut  
si deceptus vel damnum passus  
sit indemnis serve-  
tur.

*Liber*



## *Liber XIV.*

Tit. 1. 2. & 3.

**O**bligamur vel ex cōtractu proprio vel alieno, illo civiliter, hoc ex æquitate prætoria, & id quidem propter negotiationes maritimas, vel terrestres, illo casu nascitur exercitoria, quæ datur ex cōtractu illustri Magistri navis nō nau-tarū (quod secus in delicto) adversus exercitorem si quid ejus rei gratia Magistro navis contractum est, & quidem si plures sint in singulos in solidum: quorum & refertur lex Rhodia de jactu, quæ promittit actionem contributoriam adversus eos, quorum interfuit merces

ces pro levanda navi fuisse projectas : in singulos tamen pro rata portione, non quantitatis, sed valoris ad interesse modo navis salva enatârit: hoc casu oritur institoria, quæ datur adversus præponentes singulos in solidum ex eo, quod cum institore ejus rei contraria contractum erat, estque vel verè talis vel quasi, illa competit modo prædicto, hæc ex quasi institoris, puta quando quis non ad negotiandum sed certo alicui facto præpositus est obligatione,

Tit. 4. 5. & 6.


**E**X contractu proprio obligamur, vel ut juris nostri vel ut alieni, illo obligamur soli, hoc nostro nomine aut patres, aut domini, quo casu tribuitur actio tribu-

to-



toria, quæ competit adversus vel  
 parentem vel dominum, ad hoc,  
 ut si peculiarem mercem sive filius  
 sive servus habeat, illa pro quota  
 inter omnes creditores æqualiter  
 distribuatur, & hoc quoad consistit  
 potestas: ea soluta aut contraxit  
 servus, aut filius. si ille evanescit a-  
 ctio, si hic & heres factus non sit, di-  
 rigitur in quantum filius facere po-  
 test, nisi pecunia mutuo data esset,  
 est enim exceptione SC. Macedo-  
 niani perpetua tutus. Est autem  
 SC. Maced. exceptio, quæ conce-  
 ditur filiosam. etiam emancipato  
 ut & ipsius patri & fidejussori ad-  
 versus mutuantem & ipsius here-  
 des, si pecunia vel mutuo data vel  
 SC. fraus cogitata sit, qua inten-  
 tionem agentis perpetuò exclu-  
 dit, nisi vel voluntate patris con-  
 tra.

traxisset, vel postea sui juris factus  
contractum approbasset, vel studi-  
orum cōtinuandorum, legationis-  
vè perficiendæ ergò pecunia credi-  
ta esset.



## *Liber XV.*

### Titulus I. & subseq.

**E**X contractu ejus, qui in pote-  
state est obligamur præterea  
vel de peculio, vel de in rem verso,  
vel quod jussu: De peculio, ut qua-  
tenus est in peculio vel filiifam. vel  
servi, actori satisfiat deducto prius  
quod vel patri vel domino exinde  
debetur. De in rem verso, quando  
qui in nostra potestate contraxe-  
runt, vel nihil in peculio habent  
vel

vel non tantum, vel actio de pecu-  
lio per lapsū anni terminata, & ta-  
men in rem nostram, quid vel ne-  
cessario vel utiliter versum proba-  
tur. Quod jussu, quando jussu no-  
stro sive filiusfam. sive servus con-  
traxit in solidum.

XXXX XXXX XXXX XXXX XXXX XXXX XXXX XXXX : XXXX

## *Liber XVI*

Titulus I.

*Ad*

### SC. VELLEJANUM.

Scitum Vellejanum est benefi-  
cium legale, quo mulieri nomi-  
ne alieno, nec in rem suam spon-  
denti deceptæ non decipienti item  
ejus procuratoribus, fidejussoribus,

F

man;

mandatoribus succurritur, idque vel excipiendo, quando ex intercessione convenitur, vel agendo, quando quod promiserat, solvit, cui beneficio renunciare non potest, nisi id aut judicialiter, aut jurato præviâ tamen certio ratione, faciat.

## Titulus II.

De

# COMPENSATIONIBUS.

**C**ompensatio est debiti & crediti inter se contributio. Causa ejus efficiens est partim Jus Civile, partim naturale. Objectum contractus & delicta, modò non sint publica, vel ad publicam inde vindictam agatur, item actiones omnes,

omnes, tam reales quam persona-  
les, quantitates, species, modò de-  
beantur in eodem genere, aliàs  
species ad speciem, ut & debiti illi-  
quidi ad liquidum compensatio  
nulla est. Forma perficitur ipso ju-  
re, tam in stricti juris, quam bonè fi-  
dei judiciis, modò factum hominis  
accedat. Finis litium præcisio. Effe-  
ctus sublatio obligationis ipso jure  
causata.

### Titulus III.


## DEPOSITI.

**D**Epositum est contractus rea-  
lis, quo res alicui ad custodiã  
gratuitam commendatur, & est  
vel depositum in specie vel seque-  
stratio. Illud committitur per rei  
non litigiosæ depositionem ab uno  
F 2 vel

vel pluribus. Hæc verò contra, nisi  
 quod per unum expediri nequeat.  
 Causa efficiens depositi specifici est  
 consensus cum actuali rei præsen-  
 tatione conjunctus. Subiectum  
 relatum deponens. Correlatum  
 depositarius. Objectum res quæli-  
 bet commendabilis. Forma fini  
 concordans consistit in eo, quod  
 res libera sive propria sive aliena  
 alteri ad gratis custodiendum de-  
 tur. Effectus primus quoad intui-  
 tum deponentis, est simplex ipsa rei  
 extra dominium & possessionem  
 sub fiducia custodia facta traditio.  
 Quoad depositarium verò quod  
 ad nutum deponentis restituere de-  
 beat obligatio. Ortus est actio de-  
 positi civilis, rei persecutoria, & ad  
 heredes transmissibilis. Estque vel  
 directa, quæ deponenti ad recupe-  
 ran-

randam rem ipsam, vel contraria,  
 quæ depositario ad recuperandum  
 id quod sibi ratione depositi adest,  
 datur. Sequestratio duplex est, con-  
 ventionalis & judicialis ; Illa fit  
 conventionem partium : hæc neces-  
 sitate jurisdictionis. Causa efficiens  
 regulariter est consensus rei inclu-  
 sus, quando illa quæ vi jurisdic-  
 tionis explicatur non nisi extra regu-  
 laritatem indulgeatur. Objectum  
 res omnes. Formam ipsa rei litigio-  
 sæ ob custodiam facta depositio re-  
 præsentat. Finis est, ut res litis er-  
 gò ad custodiam concessa legitimè  
 restituatur. Effectus actio est  
 sequestraria.

*F 3 Liber*



## *Liber XVII.*

Titulus I.

### MANDATI.

**M**andatum est contractus juris gentium, nominatus, in quo consensu & bona fide, alter negotium aliquod honestum alteri gerendum efficiendumve committit, alter vero suscipit. Partes ejus sunt hinc rem expediendam credere, illinc mandatum suscipere & exequi. Estque vel voluntarium, necessarium, gratuitum vel mercenarium. Causa efficiens consensus. Objectum res quaelibet honesta non delictum, non merum



rum Imperium. Forma, fieri gratuitò, & fines mandati diligenter custodire. Finis, vicaria amicorum fides. Effectus mutua utriusq; obligatio, actio directa & contraria, quarum illa datur mandanti ejusvè hæredibus, ad id quod interest, mandatum vel planè non, vel non dignè impletum, quo casu, si quid dolo commissum, subitur infamia. Hæc datur mandatario. Solvitur re integra voluntate mandantis morte mandatarii, re completa.


## Titulus II.

### PRO SOCIO.

**S**Ocietas est contractus juris gentium nominatus, in quo bona fide contrahentes societate de rebus

bus honestis incunt, eo animo, ut  
 res operave, earumque rerum lu-  
 cra & damna inter ipsos commu-  
 nicentur. Estque universalis, quæ  
 est omnium bonorum, vel parti-  
 cularis, vel publica, vel privata,  
 causa efficiens, consensus. Obje-  
 ctum, res & operæ honestæ. Forma  
 explicatio consensu modo quocun-  
 que. Effectus lucri & damni æqua-  
 lis communicatio, actio pro socio,  
 utrò citroque directa, quæ datur  
 soluta societate, ad id, ut præstetur  
 quod interest, si quid vel dolo vel  
 culpa etiam levi commissum sit. Sol-  
 vitur vel ex personis, idque morte  
 sive civili, sive naturali: Ex rebus,  
 earum interitu. Ex voluntate, re-  
 nunciatione sive expressa sive taci-  
 ta, utraque tamen tempestiva, vel  
 ex

ex actione, idque vel stipulatione  
novandi animo interposita, vel ju-  
dicio.



## *Liber XVIII.*

### Titulus I.

**E**Mptio. venditio est contractus  
juris gentium nominatus, bo-  
nae fidei, de re emptori tradenda &  
pretio certo venditori in nummis  
dando. Partes ejus sunt: Res, pre-  
tium, & consensus. Nam si error  
intervenerit, distinguitur, an in  
corpore, an in materia. Idque vel  
totaliter, vel secundum quid, prio-  
ri utroque casu corrumpitur, posteriori  
tenet. Objectum res omnis sive

F 5

cor-

corporalis, sive incorporalis, modo non sit extra commercium, vel litigiosa, vel e mentis propria: contrahitur nudo consensu, idque vel inter absentes, vel praesentes, & hoc iterum vel nuda conventionem, & dicitur conventionalis, vel per scripturam, & dicitur literalis, ubi si quid adhuc deest; impunè receditur si arrhae intervenerint emptor ꝑ dedit, amittit, venditor duplum restituit. Finis est ut perpetua pecuniae estimatione difficultatibus permutationum subveniatur. Effectus quod à contractu perfecto recedere nō liceat, itē domini translationis vel evictionis praestatio, periculi in emptorem aversio. Affinia, locatio, permutatio. Contraria, dolus, error, donatio.

Tit. 2.

## Tit. 2. &amp; 3.

**E**Mptio aut est pura & simplex, aut pactitia, & hæc regulariter absoluitur, vel in diem additione, vel l. commissaria. Illà id agitur, ut emptio quidem purè nisi conditio eveniat, contracta sit. Ista autem existente sub conditione resolvatur, puta ut subsistat, quando, nisi melior conditio intra certum diem offeratur, conventū est; l. comm. Hac ita proceditur, ut nisi pretium statò tempore solvatur, res fiat inempta.

## Titulus IV.

**I**N hereditate vendita hoc speciale est, ut vendi non possit, nisi possessor defunctus sit. Secundò, quod venditor nō præstet evictio-

E 6

nem

dem. Tertio, ut neque plus juris, neque minus habeat emptor quam apud venditorem futurum fuisset, ubi in supputatione tempus mortis cum præstationis & contractus tempore conjungitur. Præter hereditatem & nomina sive actiones rectè dividuntur, modo non litigiosæ sint, vel ultra quantitatem pretii exerceantur.

### Titulus V.

**S**olvitur emptio contrario contrahentium consensu re integra, dolo, cum causam dedit contractui, læsione ultra dimidium, errore totali, metu, retractu sive proximitatis, sive conventionali, cui tamen juri ad exemplum reliquarum actionum spatium 30. annor. rectè præscribitur.

Tit. 6.

## Titulus VI.

**P**erfecta venditione periculum  
 emptoris est. Perficitur autem  
 venditio cum de pretio convenit,  
 & id quod venit quid, quale & quā-  
 tum sit appareat & hoc in fundibi-  
 libus plerūque fit, vel per degusta-  
 tionem, vel ad mensuram, vel u-  
 tramque: si neque degustatio, neque  
 ad mensuram accesserit, periculum est  
 venditoris. Si degustatio non ta-  
 men ad mensuram, periculum vel est  
 qualitatis, & est emptoris, vel quan-  
 titatis, & est venditoris, si utraque  
 periculum omne emptoris est: cu-  
 stodiam tamen interim venditor  
 præstat usque dum res tradatur.

## Titulus VII

**I**n servorum distractione hoc no-  
 tandum, ne sub iniquis condi-  
 tionibus veniant, alioquin emptio  
 nulla.

nulla est, nisi quod exinde quanti  
 minoris eo nomine mancipium  
 venditum fuisset, tanquam interef-  
 se pecuniarium petatur.



## *Liber XIX.*

### Titulus I.

**E**X empto vendito actio oritur  
 duplex: Una empti, altera ven-  
 diti, utraque Civilis, bonæ fidei di-  
 recta, & ad hæredes transitoria, illa  
 datur emptori, ad hoc, ut si nihil  
 specialiter convenit, quicquid na-  
 turaliter inest, præstetur, inest au-  
 tem, ut res tradatur unà cum fru-  
 ctibus & accessionibus, vel præste-  
 tur interesse, vel si res tradita sit,  
 sed



sed vitiosa, agatur ad redhibendū  
 vel quantò minoris & hoc quidem  
 quando ex parte emptoris accesserit  
 complementum. Hæc datur  
 venditori ad id, ut solvatur ei præ-  
 tium unà cum usuris à tempore  
 moræ, solvantur quoque sumptus  
 in re vendita post venditionem  
 facti, item ut merces tollantur &  
 interesse hoc nomine præstetur,  
 cui jungitur condictio ex l. 2. C.  
 de rescindend. vendit. quæ idagi-  
 tur, ut aut præstetur justum præ-  
 tium, aut iniquo contractu abea-  
 tur.

## Titulus II.

# LOCATI CONDU- CTI.

Loca-

**L**ocatio conductio est contractus nominatus, in quo personarum vel rerum usus pro certa aliqua mercede conceditur. Requisita habet consensum, rem & mercedem. Objectum res omnis sive mobilis sive immobilis, tam aliena, quam propria, corporalis & incorporealis. Forma est quod aut ad tempus aut in perpetuum concedatur, quo tamen casu non transit in Emphyteusin. Finis, ut rerum usus sive alterutrius partis incommodo inter homines communicetur. Effectus actio locati & conducti. Adjuncta tacita pignoris obligatio. Cognata emptio & venditio. Actio hinc oritur duplex una locati, altera conducti, illa datur locatori ad hoc ut merces solvatur, & damna vel dolo, vel culpa lata

lata & levi conductoris commissa  
 resarciantur, sit etiam interdum,  
 ut & custodia ac culpa levissima  
 præstetur, quando id ipsum rei  
 subjectæ natura vel pactum, vel  
 circumstantiæ exposcunt. Hæc  
 datur conductori ad hoc ut sibi  
 liceat re locata uti aut solvatur,  
 quod interest, ut reficiatur quod  
 reficiendum, ut præstentur dam-  
 na, si res vitiosa locata sit, & pen-  
 sionis fiat remissio, si forte an steri-  
 litas emerferit.

### Titulus 3. & 4.

**A**estimatoria agitur, quãdo res  
 æstimata vendenda concessa  
 est, quo casu quia dubitari poterat,  
 ad quamnam consractuum clas-  
 sem sit recurrendum, suppeditatur  
 æstimatoria.

Per-


Permutatio est contractus vel conventio juris gentium innominata, qua species cum specie commutantur. Causa ejus efficiens jus gentium consensus & rerum traditio. Objectum species. Forma ut aut traditione fiat aut stipulatione. Finis ut cum tu habeas vicissim ego habeam, quod tu accipere velis. Effectus usucapiendi conditio, evictionis præstatio, animalium sanitas ac ob vitia redhibitio: actio præscriptis verbis.

### Titulus V.

**A**ctione præscriptis verbis agitur, quando nominata actio nulla præexistit, sed ex contractu innominato experiendum: Contractus autem innominati ad quatuor

tuor ferè classes revocantur, aut enim do ut des, aut do ut facias, aut facio ut des, aut facio ut facias. Cum do ut des, & ego dedi, tu cesses dare oritur actio præscriptis verbis, qua ego ut aut consummes contractum, aut præstes, quod interest, aut ago conditione causa data causa non secuta. Cum do ut facias, & ego dedi, tu cesses facere & factum tale sit, quod locari non soleat, vel soleat quidem, sed species loco mercedis intervenerit, agitur actione præscriptis verbis nisi dolus accesserit, tunc enim competit actio de dolo. Aut facio ut des ego feci, tu cesses dare competit actio de dolo subsidiaria. Aut facio ut facias, ego feci tu cesses facere & similiter oritur actio præscriptis verbis.

Pars



## Pars Quarta

*Liber XX.*


## Titulus 1.2.3.4.5. &amp; 6.

**A**ccessoria contra-  
ctuum pertinent vel ad  
securitatem, ut pignora,  
vel ad implementum ut  
adilitium edictum, evictio, usuræ,  
aut ad probationem, ut testes &  
Instrumenta. Pignus est jus reale  
quo creditor nomine ejus, quod si-  
bi debetur, re obligatâ tenet. Estque  
vel Prætorium quod prætor decre-  
ta bonorum missione inducit, vel  
judiciale, quod captis pignoribus,  
vel conventionale quod consensu  
con-

constituitur, & id vel expressè vel tacitè. Tacitè, ut in illatis & investitis in prædium urbanum, in bonis tutoris, mariti pro dote, administratorum. Ad objectum pertinent, res, nec sua natura, nec legis prohibitionem obligationem respicientes, res enim sacræ, religiosæ, nisi pro redemptione captivorum litigiosæ, minorum, dotales, feudales oppignorari non possunt. Effectus pignoris consistit, vel in persequendo vel in distrahendo. In persequendo quoad concursum attenditur prioritas temporis, nisi vel sit fiscus, vel pupillus, vel mulier: hæ enim personæ cæteris non obstante temporis prærogativa præferuntur: In distrahendo respicitur pactum, quod si nullum intervenit post trinam denunciationem creditori

venit

vendere permittitur. Si pactum de non distrahendo intervenerit, item post ternam denunciationem æquum est debitore cunctante distractionem concedere. Solvitur pignus solutione ejus, quod debetur, oblatione, depositione, voluntate expressa & tacita, vel interitu totali, tempore, mutatione personæ & sententia.



## *Liber XXI.*


### Titulus 1.2.& 3.

**A**D implementum contractus pertinet edictum ædilitium, evictio, & usuræ. Illud consistit, vel in redhibitoria vel quanti minoris actione. Redhibitoria est, vel di-



directa vel contraria, illa experitur  
 emptor adversus venditorem in  
 hoc, ut rem vitio affectam aut  
 non talem, qualem venditor esse  
 affirmavit, recipiat restituto precio:  
 hæc datur venditori in emptorem,  
 ut præter re fructus & accessiones  
 restituat, & quicquid facto empto-  
 ris vel suorum damni in re datum  
 est, resarciat. Actio quanti mino-  
 ris competit emptori non ad hoc,  
 ut rescindatur contractus, sed ut  
 sibi de pretio restituatur quâti mi-  
 noris res valuit, cum emeretur.  
 Evictio est rei nostræ quam adver-  
 sarius legitimo titulo acquisierat  
 per Judicem recuperatio, & cave-  
 tur plerunque de ea, vel per sim-  
 plæ vel duplæ stipulationem: quod  
 si tamen sequatur triplex hinc ad-  
 versus venditorem exercetur actio,  
 ex

exempto ex stipulatione vel simple vel duplæ, quo tamen casu, si evictio vel ab ipso venditore, vel ejus hæredibus intentetur accommodabitur exceptio rei venditæ & traditæ.



## *Liber XXII.*

Tit. 1. & 2.

**U**Sura est lucrum supra sortem ex mutuo exactum, estque vel lucratoria; vel compensatoria; vel punitoria. Lucratoria est, quæ ex mero mutuationis officio contra naturam contractus lucrum facit. Compensatoria, quæ præstatur, ut compenset justum interesse, quod ha-

habet creditor eò quod pecunia caret. Punitoria, quæ non propter lucrum petentium, sed moram non solventium pro pœna, aut à lege, aut ab homine infligitur, illa illicita, hæ suo respectu concessæ, & debentur vel ex mora vel stipulatione, non ex nudo pacto, nisi in pecunia trajectitia, quæ trans mare periculo creditoris vehitur. Fructus est rei quælibet fruitio, suntque vel naturales, qui sine hominis facto, vel industriales, qui ex hominis facto, vel civiles, qui ratione rei percipiuntur.

### Titulus III.

**P**ROBATIO est rei dubiæ per argumenta ostensio, estque vel artificialis, quæ ex ipsa causa eruitur, vel inartificialis, vel plena vel se-

G mi-

miplena. Causa ejus efficiens est  
 sententia interlocutoria. Obje-  
 ctum facta, quæ probari possunt.  
 Forma probandi ad libelli speci-  
 em est accommodanda, & intra  
 terminum præstitutum expedien-  
 da. Finis fidem judici facere. Affi-  
 nia jusjurandum, confectio, præ-  
 sumptio juris. Contraria, pugnan-  
 tia irreconciliabilis. Præsumptio  
 est ratio cinatio de re verisimili, est-  
 que vel juris & de jure, vel modica.  
 Causa efficiens est lex. Impulsiva  
 argumentum conjecturæ probabi-  
 lis. Objectum, consilia, affectus,  
 accidentia intrinseca & externa.  
 Forma præsumendi pro varietate  
 objectorum signorum varia  
 est. Finis & effectus est, quod præ-  
 sumptio juris facit probationem  
 pleo

plenam, juris & de jure plenissimam, quæ elidi non possit. Modica, semiplenam.

#### Titulus IV.

**R**egulariter probamus vel instrumentis vel testibus. Instrumentum est scriptura à persona publica confecta, quæ sine alio adminiculo fidem in judicio facit. Causa efficiens est vel voluntas vel necessitas. Subiectum in quo, materia quælibet. Forma consistit in facti commissione, rei cognitione, juris promissione testium saltem trium præsentia & rogatione, ut & in clausulis quibusdam solennibus. Finis est, vel ut solennitas actus perficiatur, vel ut in promptu habeatur probatio. Effectus, producere præsumtio.

G 2

nem,

nem, unam veritatis, alteram so-  
lennitatis, & sic plenam fidem fa-  
cere.

### Titulus V.

**T**estes sunt, qui ad fidem alicu-  
jus rei faciendam arcessuntur.  
Suntque vel omni exceptione ma-  
jores vel suspecti. Causa efficiens  
est citatio & compulsio Judicis:  
compellitamen nequeunt, qui le-  
ge testificari prohibentur, ut nec  
qui lege exculantur. Objectum  
sunt facta, ad quæ se referre testes  
debent, Forma est, quod non nisi  
post litem contestatam examen  
fiat, nisi fiat ad perpetuam rei me-  
morian. Deinde, testes jurati su-  
per facto ex certis scientiæ suæ cau-  
sis examinandi sunt. Ex ignoran-  
tia quoque præsumptio exoritur.

Est

Est autem ignorantia duplex aut facti, aut juris: Facti quando quod contingenter positum est accidisse ignoratur. Estque vel facti proprii vel alieni, hæc excusat, illa non utique, ut nec ignorantia juris, nisi in certis personis.

---

## *Liber XXIII.*

### Titulus. 1. & 2.

**S**ponsalia sunt mutua futurarum nuptiarum repromissio & sunt vel de præsentibus, vel de futuro. De præsentibus sunt, quæ purè: de futuro, quæ sub conditione cōtrahuntur. Ab illis recedi non potest, ab his potest. Matrimonium est legitima viri & mulieris conjunctio individuum

quam vitæ consuetudinem conti-  
 nens. Causa efficiens, qua insti-  
 tutum natura, qua consensum jus  
 gentium, qua institutionem, jus  
 divinum, qua solennitates, jus ci-  
 vile. Contrahere autem prohi-  
 bentur quidem vel natura, vel lege.  
 Naturâ, ut furiosi & impuberes, le-  
 ga, eaque vel divina, ut parentes &  
 liberi quoad invicem & collatera-  
 les intra quartum gradum. Forma  
 contrahendi varia. Finis procrea-  
 tio sobolis, adjumentum vitæ, &c.  
 Effectus indissolubilis conjunctio,  
 lucrum fructuum & similia à par-  
 te mariti, à parte uxoris capacitas  
 dignitatum mariti, fori, hypothecæ  
 tacitæ. Affinia contubernium, con-  
 cubinatus. Contraria dissensus, er-  
 ror, metus, dolus, ebrietas profun-  
 da, furor.

Tit. 3.



## Titulus 3.4. &amp; 5.

**D**Os est proprium mulieris patrimonium. Estque vel adventitia, quando ab extraneo, vel profectitia, quando à patre confertur. Constituitur aut stipulatione, aut nudo pacto, idque propterea, ut sublevetur maritus in oneribus matrimonii perferendis. Effectus est multiplex: 1. enim marito adversus promittentem competit actio bonæ fidei cum tacita hypotheca.

Deinde uxori ad repetendum cum jure eodem. Affinia sunt donatio antè & propter nuptias, bona paraphernalia, gerada &c. Et hæc ita se habent, nisi pactis dotalibus aliter conventum fuerit, & quamvis quidem maritus ex interpreta-

G 4 tio-

tionē juris dominus fiat dotis, nec  
 quicquam tamen, nisi necessitas  
 urgeat, ne quidem consentiente  
 muliere vel alienare, vel obligare  
 potest.



## *Liber XXIV.*

### Titulus 1. 2. & 3.

**D**onationes inter virum & u-  
 xorem regulariter prohibita  
 sunt, nisi fiant in mortis causa, vel  
 sint reciproca & morte confirma-  
 ta, vel nisi recipientem locupletio-  
 rem non reddant. Matrimonium  
 solvitur, emanatione quinquenna-  
 li, adulterio, malitiosa desertione,  
 impotentia, non disparitate reli-  
 gionis, nisi infidelis discedere quā  
 co-

cohabitare maluerit. Soluta ma-  
trimonio uxori vel ejus hæredibus  
datur actio bonæ fidei ad exigen-  
dam dotem, & quia hypothecam  
habet, pignori usque dum sibi sa-  
tis fiat, incumbere potest, nisi mari-  
tus liberos ex uxore susceptos ha-  
beat, vel adulterium, vel malitiosa  
desertio, vel aliud delictum cau-  
sam divortio dederit.



## *Liber XXV.*

### *Titulus 1. & 2.*

**A**ctione de dote proposita ma-  
ritus computat impensas, quæ  
vel necessariae sunt, vel utiles, vel  
voluptuariæ. Illas servat actione

G 5

&amp;

& exceptione, istas itidem, has tantum exceptione.

Deinde etiam dos minuitur actione vel exceptione rerum amotarum, quæ actio quia non infamat ob res cōstante matrimonio ablatas, eo nomine à conjugibus intentari solet.


Titulus 3. 4. 5. & 6.

**P**artus ex thoro suscepti, nisi contrarium proberur agnoscendi & alimentandi sunt, nisi se ipsos alere possint, vel nisi se ingratos exhibuerint. Quod si mulier se prægnantē dicat, venter inspicendus & custodiendus est. Si verò vëtris nomine in bonor. possessionem mariti mitti se petat, & possessio ad alium dolosè translata sit, prætor succurrit hæredibus veris, quod

quod idem obtinet, si calumniae  
causa mulier in possessione esse di-  
catur.

Titulus VII.

**C**oncubina est, quæ cum uxor  
non sit, uxoris tamen loco ha-  
betur, quod jure civili in solutis  
personis, ob evitanda majora ma-  
la permillum, dummodo non du-  
catur ingenua, nisi inferior: Hodiè  
tamen tam Canonico quàm Divi-  
no Jure concubinatus illicitus est.



*Liber XXVI.*

Titulus I. & seqq.

**T**utela est vis ac potestas in ca-  
pite libero ad tuendum eum,

G. 6

qui

qui per ætatē se defendere nequit.  
 Estque vel testamentaria quam pa-  
 rentes liberis impuberibus in po-  
 testate constitutis, vel legitima  
 quam lex, vel divina, quam Magi-  
 stratus cōstituit. Tutores dari pro-  
 hibentur quicumque alieno auxi-  
 lio egere nascuntur, suspecti, &  
 qui alienæ jurisdictioni subsunt.  
 Constituta autem tutela suscipien-  
 da est, ad quod requiritur satisda-  
 tio rem pupilli salvam fore, jura-  
 mentum & inventarii confectio.  
 Officium tutoris consistit in admi-  
 nistrando, pupillo rectē educādo,  
 alimentis congruē decernendis &  
 auctoritate pupillo præstanda. Fi-  
 nitur tutela pubertate, qualibet  
 capitis diminutione ex parte pu-  
 pilli, non verò ex parte uxoris, nisi  
 legitima fuerit, remotione & ex-  
 cur.

culacione. Remotio fit ob suspi-  
cionem sinistram, de quâ quilibet  
etiam mulieres conquerendi jus  
habent, & ita remotus si quidem  
ob dolum, fit infamis, si ob cul-  
pam, non æque.



## *Liber XXVII.*

### Titulus I. & subseqq.

**E**Xcusatione quoque tutela sol-  
vitur, ut ætate, liberorum vel  
tutelarum numero, professione, di-  
gnitate, inimicitia, fortuna, absen-  
tia, valetudine, privilegio & lite.  
Effectus tutelæ est actio hinc inde  
nata, ista enim finita pupillo da-  
tur actio adversus tutorem, ut ra-  
tionem reddat & præstet dolum,

G 7

la-

laram & levem culpam, & id quidē  
 non solum aduersus ipsum & here-  
 des & fideiussores, quinimodō & ad-  
 uersus Magistratum, qui aut pla-  
 nē non, aut non idoneē caveri pas-  
 sus est, in subsidium, ut & contra  
 pro tutorem & falsum tutorem.  
 Contraria actio hinc datur tutori  
 contra pupillum, & de his, quæ ei  
 propter tutelam absunt dumodo  
 ex officio sumptus fecerit, vel obli-  
 gatus sit. Eadem omnia & de  
 minoribus & curatoribus  
 regulariter obti-

nent.

os(o)90



Pars





Pars Quinta.

*Liber XXVIII.*

Titulus 1. 2. 3 & 4.

**E**stamentum est  
 iusta voluntatis sententia  
 de eo quod quis post  
 mortem fieri velit: Estque vel per-  
 fectum vel imperfectum. Perfectum  
 vel paganum vel militare, paga-  
 num vel solemne in scriptis, vel nun-  
 cupatum. Causa ejus efficiens est  
 voluntas testatoris, materia in qua  
 ens quodlibet receptivum. Obje-  
 ctum res propriae omnes. Forma  
 vel est communis vel specifica.  
 Com-

Communis est testari non posse  
 qui prohibentur: Prohibentur au-  
 tem quidam ob potestatem pa-  
 triam, & quia liberam bonor. ad-  
 ministrationem non habent, qui-  
 dam ob iudicii carentiam, alii ob  
 morbum, vel animi, vel corporis.  
 Deinde liberos in potestate consti-  
 tutos vel instituendos vel nomi-  
 natim exheredandos esse, alioquin  
 ut injustum testamentum vel rum-  
 pitur vel irritum fit, quod idem et-  
 iam obtinet, quando hæredis in-  
 stitutio voluntate testatoris dele-  
 tur. Specifica in solenni fit subscri-  
 ptione & consignatione, vel ab ipso  
 testatore, vel alio ejus nomine  
 præsenre tamen testatore coram 7.  
 testibus ad id propter solennitatem  
 voce rogatis. In nuncupativo  
 fit sine scriptura, etsi in scriptum  
 re-

redigi possit. In militari sola voluntas sufficit. Finis & effectus est, ut quod testator post mortem de bonis suis fieri velit, certò constet & voluntas tanquam lex aliqua conservetur.

Titulus 5. & seqq.

**H**eredis institutio est successoris à testatore facta designatio. Estq; vel in primū vel in secundum gradum: illa institutio, hæc substitutio dicitur. Causa efficiens est voluntas testatoris. *αἰτιολογία* testatoris erga hæredem affectio. Impulsiva meritum aliquod. Instrumentalis, testamentum. Objectum res quælibet testatoris propria. Subiectum relatium, quilibet testari potis. Correlatum cum quocunque testamenti est factio.

Sub-

Substitutio est ulteriori gradu facta heredis institutio. Estque vel vulgaris vel pupillaris, quæ utraq; vel simplex vel reciproca, & fit vel purè vel sub conditione, eademq; vel potestativa, vel casuali, vel mixta. Habet tamen hæres institutus spacium deliberandi vel inventarii beneficium, quo observato ultra vires non obstringitur hereditariorum.




## *Liber XXIX.*

Tit. 1. & subseqq.

**A**cquiritur hereditas vel imixtione à suis, vel aditione ab extraneis. Aditio autem fit solo animo in eum finem & effectum, ut omne jus quod defunctus habuit,  
he-

heres acquirat, & in eum omnes  
 actiones transeant, quæ in defun-  
 ctum competebant. Amittitur i-  
 tem vel abstentione, vel repudiati-  
 one solo animo declarata. Ubi ta-  
 men notandum testamenta ad in-  
 stantiam aliorum omnibus, quo-  
 rum interest aperiunda, nec posse  
 quempiam in præjudicium tertii  
 omnia testamenti causa ab intesta-  
 to succedere, quinimo si hæres ne-  
 cem defuncti nõ ultus fuerit, inci-  
 dit S.C. Syllianianũ, ut & quisquis  
 testatorem testari prohibuerit, vel  
 coëgerit sua quota privatur. Imp-  
 fectum testamentum est codicillus  
 quo hereditas neq; dari, neq; adiri  
 potest, adeoque nullam ordi-  
 nationis solennitatem  
 deposcit.

*Liber*



*Lib. 30. 31. 32. 33. 34.*

**L**egatum est donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præstanda. Causa ejus efficiens voluntas testatoris. Impulsiva in conjunctis propinquitas, in extraneis meritum aliquod. Forma relinquendi hodiè arbitraria. Legata relinquere possunt omnes qui & testari possunt. Accipere quibus cum est testamenti factio. Legati possunt omnes res tam præsentis quàm futuræ sive fungibiles sint, sive non, ut fundi instrumentum, suppellex, alimentum, aurum, argentum, imò & incorporates, ut, servitutes, liberatio, dos, modo  
non


non sint commercio exemptæ, v<sup>o</sup>  
 ptio, res alienæ, modo defunctus  
 alienam eam esse sciverit, & sit id  
 vel cum pœnæ edictione, vel purè,  
 vel cum die, vel conditione, vel  
 modo, demonstratione vel causa.  
 Adimitur vero & transfertur, vel  
 per expressum vel tacitum, idque  
 vel à testatore, vel fisco. Minuun-  
 tur per legem Falcidiam. Effectus  
 domini translatio, actio triplex,  
 rei vindicatio, hypothecaria & per-  
 sonalis.



## *Liber XXXV.*

**F**alcidia minuit legata in quan-  
 tum ultra dodrantem relictum  
 est, & competit heredi vel uni, vel  
 plu-

pluribus, ita tamen ut ratio incun-  
dæ falcidiæ fiat secundum tempus  
mortis deducto prius omni ære a-  
lieno & impensis funeribus.



## *Liber XXXVI.*

**T**Rebellianica detrahitur à fi-  
deicommissis, quando heres  
ultra dodrantem restituere grava-  
tus est, in quam tamen quocunque  
titulo precepta imputantur, quod  
secus in Falcidia, in quam demum  
quæ titulo hæreditario percipiun-  
tur imputanda veniunt. Acqui-  
runtur verò legata, quando dies  
eorum & cessit & venit. Cedit  
autem à tempore mortis testato-  
ris. si legatum sit purum, secus in-  
con-



conditionaliv el in diem incertam  
relictō: si moræ in restituendo nec  
dantur, hæres interim de securita-  
te & omnem dolum malum abfu-  
turum cavere debet, quod nisi fa-  
ciat, legatarius in bonor. ipsius  
possessionem interim  
mittitur.

Pars



Pars Sexta.

*Liber XXXVII.*

*cum seq.*

Titulus I.

De

BONORUM POSSESSIONIBUS CUM

subseq. omnibus, excepto 6. & 7.

ut & titul. lib. seq. excepto 10.

**B**onorum possessio est, jus persequendi retinendiq̄ue patrimonii, & cujusq̄ue cum moreretur fuit. Estq̄ue vel Edictalis vel Decretalis.

ralis, illa quam Prætor generaliter  
 ex formâ edicti, hæc quam petenti  
 peculiariter defert: Ist hæc iterum  
 vel ordinaria vel extra ordinem, il-  
 la in aliquâ edicti parte, hæc ne in  
 ullâ quidem fundatur. Illius olim  
 plures hodiè sex tantum inveniun-  
 tur species, duæ ex testamento, qua-  
 tuor ab intestato: Ex testamento  
 bonorum oritur possessio, vel pro  
 illo destruendo vel confirmando,  
 illam contra tabulas, hanc secun-  
 dum tabb. dixeris. Prior datur li-  
 beris emancipatis præteritis primò  
 quamvis nec suis præteritis inutilis  
 esse videatur, & quia testamentis  
 exindè rumpitur validitas, ex equi-  
 tate Prætoria, ubi ab Emancipato  
 petitur legata personis quibusdam  
 salvantur. Porrigitur ad Testamē-  
 tum quodvis, a deoque aditione in

H

impe-

impedit, nisi vel matris vel militis fuerit. Posterior conceditur cui-  
 cunque heredi scripto, ad hoc ut  
 plures essent viæ hæreditatis con-  
 servandæ, & ut justius possideret,  
 qui authore Prætore possidet. Ab  
 intestato ordines quatuor sunt, Li-  
 berorum, Agnatorum, Cognato-  
 rum, Conjugum. Extraordinaria  
 est vel Carboniana, vel ventris no-  
 mine, vel litis agnoscendæ causa  
 data. Bonorum possessionem a-  
 gnoscent municipia, tutor pupilli  
 nomine, mulier, servus, &c. eadem-  
 que agnoscitur intra tempora legi-  
 bus præscripta, & hodiè quidē solâ  
 contestatione apud iudicem facta.

Titulus 6. & 7. lib. 37.

De

**COLLATIONIBUS.**

Col-

**C**ollatio est rei proprię in com-  
 mune illatio, ut hæreditati  
 communi permixta inter omnes  
 cohæredes equaliter dividatur: Lo-  
 cū habet inter solos descendentes,  
 & id tūm demūm, quando cum de-  
 bito legitimæ concurrit gradus p-  
 ximitas. Descendentes vel sunt sui  
 vel Emancipati, qui olim confere-  
 bant suis: hodiè promiscua est &  
 suorum ad invicem, & emancipa-  
 torum collatio, idque non tām in  
 filiis, quām quoque in nepotibus,  
 ubi concurrunt, & non tantūm ab  
 intestato confertur, sed & ex testa-  
 mento, nisi vel testator collatio-  
 nem expressè remiserit, vel extra-  
 neus institutus sit. Conferuntur  
 jure novo præter dotes & donatio-  
 nes ppter nuptias profectitia tan-  
 tūm, quæ tempore mortis confe-

rens in bonis habuit, non donatio  
simplex regularitèr, non impensæ  
Studioforum modò utilitèr collo-  
centur, sicut nec lumptus in eloca-  
tione filie facti. Fit verò collatio vel  
re vel cautione pro portionibus  
hereditariis.

Tit. 10. lib. 38.

De  
**GRADIBUS, UBI**  
**ET DE SUCCESSIONI-**  
**BUS AB INTES-**  
**TATÒ.**

**G**Radus est de proximò in pro-  
ximum cognatum transitus:  
vel est intervallum quò cognosci-  
tur, quæ persona stipiti pprior sit,  
& quot sunt transitus in remotio-  
rem, tot sunt gradus: Modus com-  
puta-


putandi attenditur, vel secundum  
 jus Civile, vel Canonicum: Priori  
 casu locum obtinet regula: Quot  
 sunt generationes, tot sunt gradus,  
 quæ omnibus lineis ex æquo ada-  
 ptari potest: Posteriori, distin-  
 guitur inter lineam rectam & ob-  
 liquam, eandemque vel æqualem  
 vel inæqualem. In lineâ recta usur-  
 pabitur regula: Quot sunt personæ  
 tot sunt gradus demptò stipite: In  
 lineâ obliquâ æquali, quotò gradu  
 distat alteruter à communi stipite  
 tot gradib<sup>9</sup> inter se distant, de qui-  
 bus quæritur; In inæquali, quot  
 gradibus distat remotior à comu-  
 ni stipite, tot gradibus ad invicem  
 disjunguntur, de quorum cognati-  
 one & attinentiâ dubitabatur.

Successio ab intestato sive legi-  
 tima est hæreditatis jure potissi-

mum deferente acquisito: Estque  
 vel lineæ rectæ, vel obliquæ, vel  
 Conjugum, vel Fisci. In lineâ rectâ  
 præferuntur descendentes, secun-  
 dum distinctionem tamen filiatio-  
 nis: hisce suo respectu defunctis ad-  
 mittuntur ascendentes; qui vel soli  
 sunt, vel cū Collateralibus defun-  
 cto utrinque conjunctis concur-  
 runt. Postmodum succurrunt Col-  
 laterales, ubi post fratrum liberos,  
 qui proximior gradu est, & po-  
 tior in capessendâ hæreditate, exi-  
 stimatur: Deinde Conjugibus ad  
 invicem accessus panditur, quam-  
 vis & inops superstes defuncto di-  
 vite quandoque cum liberis vel  
 aliis, interdum jure pleno, inter-  
 dum qua proprietatem tantum  
 concurrere possit. Ultimis locus  
 Fisci est, qui ne bona vacanti pe-  
 ni-



nitus ablorbeantur, quicquid soli  
expositum est, in suum redigit.



## *Liber XXXIX.*

### Titulus I.

*De*

**NOVI OPERIS NUN-**  
**CIATIONE** cum subseqq.  
usque ad tit. 5. exclusivè.

**O** Peris novi nunciatio est legi-  
tima quædã prohibitio facta  
ædificanti, ut ab opere nobis no-  
citurus desistat, donec de jure con-  
stet: in quâ desiderantur personæ  
& forma. Forma alia est prohibi-  
ti, alia prohibentis, & hujus rur-  
sus in causa publica, vel privata: In

H 4

illâ

illâ omnes rectè nunciant, in hâc  
 qui vel dominium habet, vel servi-  
 tutem. Forma nunciandi triplex  
 est: Perficitur enim vel per autho-  
 ritatem Magistratus, vel jactum  
 lapilli, vel verbalem denunciatio-  
 nem. Finis ut aut jus nostrum vel  
 publicum conseruetur, aut damnû  
 depellatur. Effectus paritio omni-  
 moda. De damnô nondum dato,  
 sed quod futurum veremur, datur  
 interdictum de damno infecto,  
 quo ipso si qui petit, jurat se nō ca-  
 lumniæ causâ petere, Prætor jubet  
 dominum aut possessorem earum  
 ædium, unde damnum timeretur,  
 suo quidem nomine per stipula-  
 tionem, alieno verò per satisfac-  
 tionem de damno sarciendo, si  
 quod datum erit, cavere: quod  
 nisi infra præfinitum tempus ca-  
 vea-

veatur, mittit Prætor eum, qui damnum timet in possessionem rei servandæ causâ ex primo decreto quod si nec adhuc veniat cautionem cum damno exhibiturus, ex secundo decreto possidere jubetur.

Primum decretum est decretum Judicis, quo ob contumaciam rei, actor in possessionem bonorum custodiæ causâ mittitur, ut ea pignoris vice detineat, donec reus veniat responsurus. Causa efficiens Judex, qui habet mixtum imperiû: impulsiva à parte agentis petitio, à parte rei contumacia. Objectum actiones tam personales, quam reales. Materia in qua sunt bona contumacis qualiacunque. Forma est, ut oblato libello, si reus contumaciter emanat, nec tribus proposi-

H s                      ris

ris edictis veniat responsur<sup>9</sup> ad pe-  
titionem agētis decernatur rei de-  
tentio, sive jus pignoris in re pro  
quantitate debiti & interesse. Effe-  
ctus importare jus pignoris, & si-  
multaneam cum domino custodi-  
am. Tollitur, si intra annum veniat  
reus, & iudicio se offerat, cautio-  
nemque iudicio sisti ac damna ob  
id passa actori præstet.

Secundum decretum est alterū  
Prætoris seu Magistratus iussum,  
quo ob contumaciam & moram  
absentis debitoris, eum qui ad rem  
detinendam in possessionem mis-  
sus fuerat, causâ cognitâ verum  
posseforem decernit, aut etiam  
dominum esse jubet.

Interdictum de aquâ pluviâ da-  
tur domino prædii advers<sup>9</sup> domi-  
num ejus loci, in quo opus factum  
est,

est, ut aliter aqua flueret, in hoc ut opus restituat, unâ cum damno & interesse. De publicanis interdicitur datur adversus publicanos ad id, ut quod illicitè extorserint, in duplum, aut si post annum agatur in simplum restituant.

Titulus V. & ultim.

**D**onatio à donâdo dicta est liberalitas, quæ nullo jure cogente ex solâ animi benignitate alteri fit & conceditur. Estque vel simplex, vel ob causam, vel sub modo, aut conditionalis: quæ sit simplex patet ex definitione, ob causam & sub modo est, vel cum datur ut aliquid fiat, vel ut non fiat, vel cum certa lege donatur. Conditionalis est donatio mortis causa. Causa efficiens donationis inter-

vivos est benefica donantis voluntas. Correlativa, consensus accipientis, impulsiva bene merita donatarii: Subjectum relatum, omnis qui contrahere potest, nisi sit pater vel maritus: Objectum res commerciales. Forma ut alter det, alter accipiat, & ut si excedantur quingenti solidi coram actis fiat insinuatio. Finis liberalitatis exercitium. Effectus hodiè obligatio ad tradendum præcisa. Retractatur ob ingratitudinem & liberorum supervenientiam.

Mortis causa donatio est, cum quis habere se mavult, quàm eum cui donat, magisque eum quàm heredem suum. Subjectum relatum & correlatum quicumque; testamenti factionem vel activam vel passivam habet. Objectum, forma & finis

nis cum priori coincidunt. Effectus est, ut morte insecutâ rata maneat donatio, non autem insecutâ resolvatur.



## *Liber XL.*

### Titulus I. & subseqq.

**M**ANUMISSIO est de manu datio & præcipuè vindictâ expediebatur, nec modo in privatorû, sed & universitatum servis procedebat nec tam extra causam testamenti, quàm in testamento, neque tam directè quàm per fideicommissum, quo casu interim statuliberi dicebantur: minoribus tamen 20. annis non aliter manumittere licet quàm si excefferint 17. annum. Ma-

H 7 nu-

numissi interdum nobilitatem impetrato annulorum aureorum jure consequiebantur, quandoq; natalibus restituebantur. Judicia de controversiis præjudicialibus dicuntur causæ liberales, ubi simul quomodo ad ingenuitatem proclamari possit, & de collusionem de-regendâ.



## *Liber XLI.*

Titulus I.

De

### ADQUIRENDO RE- RUM DOMINIO.

**D**ominium est jus quo res nostra est, ejus partes sunt proprie-



prietas & possessio rei, species plenum, minus plenum, directū, utile. Causa efficiens, vel Jus Gentium vel Civile. Illo adquiritur vel per occupationem, quæ tripliciter fit, captivitate hominum, vel rerum, venatione bestiarum, avium, piscium, & tandem inventione rerum, quæ vel nunc nullius sunt, aliquando tamen alicujus fuerunt, vel quæ nullius unquam fuerunt: vel per specificationem, vel accessionem eandemq; vel naturalem, vel industrialem, vel traditionem. Hoc acquiritur aut per universitatem, aut titulis singularibus. Materia in qua consistit est omnis res commercialis. Finis contentio-num præcisio. Effectus rei vindictio, & plenaria rei commoditas.

Tis.

ADQUIRENDA VEL  
OMITTENDA POS-  
SESSIONE.

**P**ossessio est rei corporalis de-  
tentio cū affectione sive animo  
possidendi. Est que alia vel justa vel  
injusta, sive civilis & naturalis.  
Causa efficiēs justa rei cum animo  
habendi apprehensio. Materia in  
quā omnes res corporales. Forma  
in eo est, q̄ corpore & animo possi-  
deamus. Finis & effectus, ut rebus  
possessis utamur fruamur. Affinis  
possessioni est detentio. Contraria  
sunt amissio ejus, & in-  
terruptio.

De

**USURPATIONIBUS  
ET USUCAPIONIBUS,  
& subseqq.**

**U**scapio est dominii rerum per  
usum continuum possessio-  
nemque definiti temporis acqui-  
sio, vel est adjectio dominii per  
continuationem possessionū tem-  
poris lege definiti. Estque vel trien-  
nalis, quadriennii, decennii, vicien-  
nii, 30. 40. & 100. annorum. Cau-  
sa efficiens Lex civilis XII. tabul.  
Materia omnes res, quæ possideri  
possunt. Formam quod attinet,  
requiritur ad eam possessio conti-  
nua, justus titulus, bona fides, tem-  
pus lege definitum &c. Effectus  
usu-

usucapionis præcipuus est, quod  
 dominium possessori adjiciat, im-  
 pediat litis contestationem, indu-  
 cat justum titulum. Contraria sunt  
 nullitas tituli, mala fides, ætas pu-  
 pillaris, restitutio in integrum, in-  
 terruptio, quæ vel civilis & ficta,  
 quæ per litis sit contestationem,  
 vel naturalis quâ possessio natura-  
 liter, hoc est, aliquo naturali facto  
 & re ipsâ interrumpitur. Contingit  
 a usucapio vel pro soluto, vel em-  
 ptore, herede, possessore, donato,  
 pro derelicto, vel pro legato, dote,  
 vel pro suo.

---

*Liber XLII.*

Titulus I.

De

RE JUDICATA.

Res

**R**es iudicata est, quæ finitur per sententiam: Sententia quæ finit controversiam, estque hæc vel interlocutoria, vel definitiva, illa dicitur quam Iudex interim de incidente aliquo articulo, dum principale negotium pendet, fert: hæc quæ principale causam terminat. Causa efficiens est Iudex competens. Objectum omnes res, quæ in disceptationem judicialem cadunt. Forma ut lite demùm contestatâ & posteaquàm in causâ conclusum est, pronuncietur. Finis, ut lites sopiantur. Effectus, quod sententia post lapsum decennii transeat in rem iudicatam, nec ob instrumenta recentè inventa retractetur, jus faciat inter partes. Contraria, nullitas, appellatio, leuiteratio, restitutio in integrum.

Tit.

## Titulus. 2. &amp; 3.

**E**X confessione quoq; debitoris fit missio in possessionem. Cōfessio duplex est judicialis quæ fit in jure, aut extrajudicialis. Causa efficiens debitoris voluntas vel evidentia rei atque veritate, vel aliis objectis ad confitendum impulsæ. Objectum omnis res litigiosa. Forma, ut fiat spontè coram iudice, suo præsentè adversario, expressâ idoneâ confessionis ratione. Finis est, ut veritas sine lōgiori litis sufflamine citiùs eliciatur. Effectus quod cōfessus pro iudicato habeatur, nisi extra judicialis vel statim revocata, vel ex errore facta sit, noceat confitenti, non aliis. Huic jungitur & bonorum cessio, quando debitor sponte bona creditoribus cedit. Causa efficiens ejus est voluntas

luntas & electio debitoris, neu aliàs  
 carceribus mancipetur. Obje-  
 ctum omnes res bonaque debito-  
 ris. Forma, fieri posse vel in jure  
 vel extra jus inter præsentes vel  
 absentes. Finis ut creditoribus  
 quoad e jus fieri potest, satisfiat, &  
 molestiarum sive vexæ redemptio.  
 Effectus liberari à carceribus non  
 statim obligatione, quamvis & se-  
 cundum quosdam existimatio-  
 nem notet, quod de Fallitis & Ban-  
 choruptis dolosis verum demùm  
 esse crediderim.


Tit. 4. 5. & seqq.

**D**ebitoribus litigantibus fit  
 missio in possessionem: Cauta  
 ejus efficiens est Magistratus. Ma-  
 teria bona debitorum. Forma, ut  
 Judex causam summam cognos-  
 cat.

scat. Finis ut tædio affectus debitor tandem ad respondendum veniat. Effectus quod creditores in possessionem missi detineant rem non possideant, & debitores ad admittendos creditores, vel manu militari compelli possunt. Possessione occupata interdum bonorū fit distractio, ubi in cōcursu agitur de Prioritate. Potiores autem sunt, quibus res oppignorata est, & inter ipsos, qui priores tempore, quæ regula fallit in Chyrographariis, ibi enim non tam temporis prioritas, quàm causa ponderanda venit: præfertur & mulier omnibus creditoribus indistinctè sive expressam, sive tacitam eandemque anteriorem hypothecam habeant: Ne tamen hæredum & defunctorum bona confundantur separatio indul-  
 ge-



geri solet: quandoque & curator bonis præficitur, qui ex redacto creditoribus satisfaciat. Quæ verò in fraudem creditorum dolosè alienata probantur, per Paulianam intra annum utilem revocantur, & quidem plenariè cum omni suâ causâ.



## *Liber XLIII.*

Tit. i. & subleqq.

**I**nterdictum est enunciatum Prætoris inter duos, qui de possessione contendunt emissum, facti quidem speciem causamque non planè definiens, sed quomodo de eâ judicandum sit iudicem informans. Interdictorum alia ad divinas

nas

nas alia ad humanas res pertinent:  
 ceu sunt, quorum bonorum, quod  
 legatorum, ne vis fiat ei, qui in pos-  
 sessionem missus erit, de talib<sup>9</sup> ex-  
 hibendis, ne quid in loco sacro, pu-  
 blico vel itinere fiat, de loco publi-  
 co fruendo, de via publica, & si  
 quid in eâ factum esse dicatur, de  
 viâ publica & itinere publicô resti-  
 ciendô, de fluminibus, ne quid in  
 flumine publico fiat, ut in flumi-  
 ne publico navigare liceat, de ripâ  
 muniendâ, de vi & de vi armatâ,  
 uti possidetis, de superficiebus, de  
 itinere actuque privato, de aquâ  
 cottidianâ & æstivâ, de rivis, de fon-  
 te, de cloacis, quod vi aut clam, de  
 remissionib<sup>9</sup>, de precariô, de glan-  
 de legendâ, de homine liberô ex-  
 hibendô, de liberis exhibendis,  
 utrubi, de migrando, de Salviano  
 in

interdicto &c. A formâ interlocutionis dirimuntur in prohibitoria, quibus Prætor prohibet, & restitutoria, quibus jubet restitui, quædam simplicia, quædam duplicia sunt, in quibus uterq; litigator duplicem personam sustinet, & actoris & rei: quædam adipiscendæ possessionis, quædam retinendæ, quædam recuperandæ. Objectum res tam divini quàm humani juris. Forma intelligitur ex discrimine quò interdictum ab edicto sejungitur. Finis, ut possessionem jura defendantur,

## *Liber XLIV.*

### Titulus I.

cum subseqq. usq; ad tit. 6. inclusivè.

**E**Xceptio est, quæ modò eximit reum damnatione, modò minuit damnationem, estque vel peremptoria vel dilatoria, hæc vel processum

I

cessum

cessum vel actionem concernunt,  
 & ad tempus exactionem differunt:  
 illæ causam finaliter dirimunt, &  
 vel ab initio vel ex postfacto na-  
 scuntur: illæ regulariter ante litem  
 contestatam, hæ postea proponun-  
 tur. Oriuntur autem vel ex metu,  
 dolo, errore, pecuniâ nō numera-  
 ra, ex personâ vel debitoris vel cre-  
 ditoris, ut exceptio S Cti Macedo-  
 niani, Vellejani. Vel ex pacto de  
 nō petendo, jurejurando, re judi-  
 cata, transactione, præscriptione.  
 Finis est, ut inflexibilis actionum  
 rigor ab exceptionū *ἀντικεία* tem-  
 peretur. Effectus dilationum, ut  
 transferant iudicium, peremptori-  
 am, ut intentionem excludant aut  
 minuant. Contraria replicatio.

Titulus VII. De

**OBLIGATIONIBUS**  
**ET ACTIONIBUS.** Ob-

**O**bligatio est juris vinculum, quo quis necessitate astringitur alicujus rei solvendæ, secundum nostræ civitatis jura. Estque vel naturalis, quæ solô æquitatis vinculo nititur, & itidem vel merè naturalis, vel respectivè: illa ad incertum obligat, nec impedit soluti repetitionem, hæc sequiùs: vel civilis tantùm, vel naturalis & civilis simul. Ratione formæ, quæ contrahitur alia est realis, verbalis, alia literalis, consensualis. Objectum res licitæ & possibiles. Finis, ut ex obligatione aliquid detur aut fiat. Effectus, non ut nobis obligatio ipsô jure acquirat, sed ad dandum faciendumvè aliquem obliget, actionem ad id agendum producat. Contraria dissensus simulatio.

Actio est jus persequendi in ju-  
 I 2                      dicio,

dicio, quod sibi debetur: Estque  
 vel realis vel personalis ratio ob-  
 jecti vel civilis vel prætoris ratio-  
 ne causæ efficientis, vel pœnæ, vel  
 rei, vel utriusque persecutoria: vel  
 in simplum, duplum, triplum, aut  
 quadruplum à formâ & modo pe-  
 tendi: vel bonæ fidei vel mal. à sui  
 qualitate & naturâ: vel ab effectu  
 in solidum, & minùs quando com-  
 petit beneficium Competentiæ.  
 Causa efficiens jus partim Gentium  
 partim Civile: Materia ex quâ sunt  
 facta & obligationes. Objectum  
 personæ, & res. Forma hodiè in  
 proponendo rudis est. Finis, ut quis  
 jus suum legitimè consequatur.  
 Effectus multi-  
 plex.

Pars

## Pars Pandectarum

Septima &amp; Ultima.

*Liber XLV.*

Titulus I.

De

VERBORUM OBLI-  
GATIONIBUS.

**S**tipulatio est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, datum facturumve se quod interrogatus est, respondet: Ejus partes interrogatio, & congrua responsio. Species: esse vel judicialem vel conventionalem, vel prætoriam, quæ itidem vel judicialis, cautionalis, vel communis, consistere vel in dando vel faciendo, & sic vel diividuam vel individuam esse.

esse. Causa efficiens verba contra-  
 hērium. Objectum omnes res quæ  
 in dando faciendovē consistunt.  
 Forma, ut perficiatur utroque præ-  
 sente & loquente, sibi regulariter  
 non alteri &c. Finis, ut verborum  
 vinculo & nexu etiam sine rei in-  
 terventu promissor obligetur. Ef-  
 fectus quod ad agendum dupli-  
 cem producat actionem, condicti-  
 onem scilicet certi, & actionem  
 ex stipulatu.

### Titulus 2. & 3.

**S**tipulantur aut liberi aut servi  
 idemque vel soli vel cum aliis,  
 qui rei stipulandi, ut & promissor  
 res rei promittendi dicuntur. Finis  
 hujus obligationis est, ut uterque  
 promittens in solidum obligetur,  
 & pluribus queratur obligatio. Ef-  
 fectus, quod ipso jure singulis, qui  
 stipu-



stipulati sunt, solidam obligatio-  
nem adquirat, & qui promiserunt,  
singulos integrè solideque obliget.  
Servi ex respectu dominorum,  
quibus stipulando acquirunt sti-  
pulandi jus habent.

## *Liber XLVI.*

### Titulus I.

De

## FIDEJUSSORIBUS ET MANDATO- RIBUS.

**F**idejussor est, qui per stipulatio-  
nem se pro principali debitore  
obligat. Mandator, qui mandat  
alicui credi, atque ita suã fide esse  
jubet, vel se soluturum constituit.  
Causa efficiens fidejussionis est vo-  
luntas personæ idoneæ fidejuben-  
tis disertis verbis explicata. Obje-

I 4

ctuma

Etum & quibus fidejussor accedere potest omnes obligationes. Forma in stipulatione consistit. Finis, ut creditori caveatur. Effectus, quod fidejussor peræquè tenetur, atque principalis debitor ad id, quod tempore fidejussionis in obligatione erat.

Titulus 2.3. & 4.

**S**olvitur obligatio novatione, delegatione, solutione ejus, quod debetur, & acceptilatione. Novatio est prioris debiti in aliam novam obligationem vel civilem, vel naturalem transfusio, Delegatio alterius debitoris substitutio. Solutio est ejus rei, quæ debetur exolutio, Acceptilatio est liberatio per mutuam interrogationem, quâ utriusque contingit ab eodem nexu absolutio: quia verò non nisi quod

quod verbis contractum est acceptilatione rectè solvitur, utique si ex aliò principiò debeatur, ad stipulationem prius Aquilianam decurri, & tunc demùm acceptilationem peragi oportet.

Titulus 5. 6. 7. & 8.

**S**tipulationes Prætorix sunt, quas Prætor introduxit: Species supra sub tit. de V. O. exhibentur. Causa efficiens Prætor. Materia circa quam res quælibet, Forma, ut quid fieri conveniat, eoq; nomine fidejussoribus caveatur. Huc pertinet cautio rem pupilli salvam fore, iudicatum solvi, rem ratam haberi, & de rati habitatione, quâ agitur adversus promissorem ejusque fidejussores in id, quanti interest dominum rem ratam habuisse.

*IS Liber*

*Liber XLVII.*

De

PRIVATIS DELI-  
CTIS.

Titulus I. &amp; seqq.

**F**urtum est rei aliene dolo malo  
facta contrectatio, est vel mani-  
festum vel non manifestum: Dein-  
de quoad respectum adjunctorum  
aliud oblatum dicitur, aliud con-  
ceptum: diurnum, nocturnum, do-  
mesticum, & non domesticum, in  
tumultu, Balnearium, arborum  
furtim caesarum, abigeatus. Poena  
furti manifesti quadruplum, non  
manifesti duplum: Hodiè tamen  
ex ordinatione Caroli V. si Crimi-  
naliter agitur & furtum cum effra-  
ctione conjunctum, & infra 5. so-  
lidos sit, fur de patibulo suspendi-  
tur.

tur. Injuria est delictum dolo malo in alterius contumeliam admiffum: Estque vel realis cum manus infertur, vel verbalis cum convicium fit alicui, aut linguâ aut scripto, unde famosus libellus. Doli incapaces injuriam non faciunt: Potest pro injuria & civiliter & criminaliter agi, imò & ad recantationem ejus, quod injuriosè dictum: pœna libelli famosi capitalis est. Actio injuriarum infamiam ingerit, & tollitur diffimulatione, morte, lapsu temporis. Extraordinariis judiciis, quæ pœnam arbitrariam ingerunt, accensentur crimen sepulchri violati, concussionis, prævaricationis, recuperationis, effractionis, expilationis, expilatæ hæreditatis, stellionatus, termini moti, cõventus illiciti, quæ omnia & singula actionibus popularibus vindicari possunt.

*Liber XLVIII.*

De

## PUBLICIS JUDICIIS.

Tit. 1. 2. & 3. exclusis intermediis 16.  
17. 18. 19. cum seqq. ad fin.

**P**ublicis judiciis aut mors ingeritur aut exilium vel coërcitio corporis. Exercentur verò per modum vel inquisitionis vel accusationis: Inquirendo proceditur vel generaliter, ubi quidem de delicto non tamen de delinquente, specialiter quando de utroque constat: accusando proceditur per oblationem libelli inscriptionis, quò crimen cum circumstantiis facti adumbratur. Inquisitus aut est absens aut presens, hoc casu captus custodiae mancipatur, vel sub cautione fidejussoriâ usq; dū veritas liquet, relaxatur; illo licet edictaliter re-

quisi-

quisitus reus emanferit, nihilomi-  
 nus tamen contra contumaciam,  
 vel auff die Ehehafte / vel ad extre-  
 mum auff die Ober- und Mordacht  
 proceditur. Modus indagandæ au-  
 tem veritatis variat, elicitur quip-  
 pe veritas vel ex sufficienti proba-  
 tione, vel confessione propria, illa  
 fit per examen testium omni exce-  
 ptione majorum: hæc in defectum  
 probationis ordinarię præcedenti-  
 bus iudiciis gravioribus per tor-  
 menta. Veritate extortâ reus vel  
 est innocens vel nocēs, si prius, ab-  
 solvitur, sin secus, punitur, idq; vel  
 capitaliter, vel exilio aliavè cor-  
 poris afflictivâ. Tollitur interdum  
 crimē abolitione publicâ, privata,  
 vel legali. Legalis fit vel morte li-  
 tigatorum, præscriptione 20. anno-  
 rum & instantiâ peremtâ, quisquis  
 autem citra abolitionem ab accu-

ratione destiterit excepto minore  
& muliere, pœnam luit.

Titulus 4. 5. 6. usque ad tit. 16.  
exclusivè.

**C**Rimen læsæ Majestatis est,  
quod adversum Populum Ro-  
manum vel adversus securitatem  
ejus committitur. Ejus pœna præ-  
ter confiscationem bonorum ho-  
diè capitalis est, quinimò in per-  
duellione hoc insuper accedit, ut  
memoriâ ejus post mortem dar-  
mnatâ liberi quoque infamiâ no-  
tentur. Lex Cornelia de adulteriis  
amplexus impudicos coërcet. Est  
autem adulterium thori connubi-  
alis conspurcatio: ubi consideran-  
tur, qui accusare & accusari possint,  
illi sunt omnes marito intra 60. di-  
es utiles à die divortii cessante,  
quamvis intra quinquenniû & ad-  
huc



Huc miratus accusandi potestatem  
 habeat, non tamen jure mariti, sed  
 extranei: Accusari de adulterio  
 possunt omnes quacunque digni-  
 tate præditi, dùm tamen habuerint  
 conscientiam thori maritalis. For-  
 ma proponendi peculiaris est, quod  
 si maritus divortiũ ultrò faciat ipsi  
 currant 60. dies, intra quos nemo  
 præter maritum, & eò cessante,  
 patrem mulieris rectè accusat: in  
 reliquis servatur eadẽ judicii for-  
 ma, quæ usitatè in publicis judiciis  
 usurpari solet præterquàm q̄ non  
 solùm extranei, sed etiam dome-  
 stici ad testimonium in hoc crimi-  
 ne admittantur. Effectus est pœna  
 quæ olim relegatio, hodiè ultimũ  
 supplicium est: fit tamen aliquan-  
 do, ut pars innocens nocenti co-  
 habitare malit, quo casu ob favo-  
 rē matrimonii relegatione decrerã  
 ma-

maritus cum conjugē aliō migrare  
 in perpetuum cogitur. Ad effectū  
 quoque pertinet privatio dotis &  
 donationis propter nuptias. Stu-  
 prum est virginum vel viduarum  
 honestè viventium illicita deflora-  
 tio, cuius pæna est, ut stuprata aut  
 ducatur aut dotetur, nisi violentū  
 sit, aut rapto conjunctum, his enim  
 casibus pæna capitalis irroganda  
 venit. Lenocinium morte plecti-  
 tur. Lex Julia de vi publica & pri-  
 vata coërcet seditiones & turbas  
 coadunatis hominibus & armis  
 datas pœnâ hodiè fustigationis &  
 relegationis; vim verò sine armis  
 paratam premit trientis bonorum  
 publicatione cum infamiâ. Lex  
 Cornelia de sicariis ad homicidia  
 porrigitur. Homicidium est, quæli-  
 bet exanimatio violentè facta,  
 quâ anima à corpore separatur.  
 Estque

Estque vel voluntarium vel casuale, illud consultò, hoc casu aliquò inopinato citra dolum malum admittitur. Illud rursus aut planè voluntarium est ac dolosum, aut coactum, ut cū quis sui defendēdi gratiā aggressorem interficere compellitur: Voluntarii pœna est ultimum supplicium: Casuale aut sit culpā, aut citra culpam, illo casu tenetur lege Aquiliā vel civiliter ad cessationis operarum & medicationis sumptū resarciendum, vel criminaliter ad pœnam relegationis vel pecuniariam: hoc casu conceditur venia: modò si in terminis quæstio vertitur defensivis moderamen inculpatae tutelæ intercedat. Venefici si veneno occidunt, gladiò feriuntur, si magicis artibus dediti damnū dederint, ceu sunt styges & lamiaë cremabuntur. Lex  
Pom.

Pompæja de parricidiis parricidas  
proximiores retâ confringit.

Falsum committitur vel in ho-  
mine, vel in rebus: illud perficitur  
suppositione partus, nominis, te-  
stimonii: hoc monetur scripti, men-  
suræ, & similia: Ejus pœna ho-  
diè arbitraria præterquam in adul-  
teratoribus monetarum, quos igni  
exurendos mancipari cōspicimus.  
Lex Julia repetundarum officiales  
pecuniam, unde non debebunt,  
corradentes extra ordinem affligit.  
Lex Julia de annonâ pœnam statu-  
it adversus eos, qui contra annonâ  
fecerint, societatemve cojerint, quô  
annona fieret carior. Julia pecula-  
tus & de sacrilegiis, & de residuis,  
animadvertit in eum, qui ex pecu-  
niâ vel sacrâ, religiosâ vel publicâ  
dolo malo quid interceperunt, vel  
in usus proprios cōverterunt. Am-  
bitus

bitus crimen committitur ab iis  
 qui honores publicos ære & sic per  
 sub. & obreptionem redemerint.  
 Lex fabia de plagio, capitalem pœ-  
 nam imponit regularitèr, cum quis  
 sciens liberum hominem invitum  
 emerit, vendiderit, celaverit, vin-  
 ctum habuerit.

## *Liber XLIX.*

De

### APPELLATIONIBUS ET RELATIONIBUS.

Titulus 1. 2. 3. cum seqq. usque  
 ad 13. inclusivè.

**A**ppellatio est ab inferiore judi-  
 ce ad superiorem gradatim  
 facta provocatio iniquitatũ que-  
 relam continens: Estq; vel judici-  
 alis, vel extrajudicialis: Appellare  
 omnes possunt, qui condemnati,  
 nisi

nisi vel pactum vel eremodicium  
 vel cōtumacia, vel evidētior con-  
 victio obstet. Materia ex quâ vel à  
 quâ sunt sententiæ vel definitivæ  
 vel interlocutoriæ modò damnnum  
 irreparabile contineant. Forma  
 effulget in eo, ut fiat gradatim ab  
 inferiore ad proximè superiorem,  
 vel statim vivâ voce, auff vnvor-  
 werten Suß / vel coram notario &  
 testibus intra decendium. Finis ap-  
 pellationum est, ut sententia inju-  
 stè lata in melius reformetur. Ef-  
 fectus multiplex, qui pendente ap-  
 pellatione nihil debeat innovari,  
 quodque reducat causam ad tem-  
 pus litis contestatæ & executionem  
 suspendat. Porrò forma appellati-  
 onis attenditur, vel in interponen-  
 do, & spacium admittitur decen-  
 dii, ut tamen intra 30. dies proximi-  
 mos ab interpositione Apostoli  
 petan-

petantur, qui sunt vel dimissorii, reverentiales, refutatorii, vel testimoniales: vel in presentando & introducendo, & tempus committitur arbitrio judicantis: aut in prosequendo & ex justâ causa biennium conceditur.

Titulus XIV.

De

JURE FISCO.

Fisco jura præter cætera sunt armandiæ, viæ publicæ, flumina navigabilia, portus, ripaticæ, vectigalia, monetæ, mulctarumq; compendia, bona vacantia, angariæ, parangariæ, argentariæ, piscationum & salinarum redditus, extraordinaria collatio ad felicissimam regalis numinis expeditio-

nem &c.

Tit.

## Titulus 16.17. &amp; ultim.

**B**ellum est publicorum armorum iusta contentio. Estq; vel defensivum, vel invasivum. Subjectum recipiens est vel dux vel milites. Hi primò conscribendi, perlustradi, postmodùm in certos ordines distribuendi sunt. Subjectū occupans est hostis quò presente act<sup>9</sup> instituantur bellici, castra locantur, excubiæ cōstituuntur, vexilla adornantur, munitiones obsidētur, sed quia vis parum absq; consilio proficit eo cū directo, tum obliquo opus est. Tandem aōsequitur conflictus, quem excipit vel tristis subactio, vel triumphus: Conceduntur Veteranis plerumque imunitates à munerib<sup>9</sup> præcipuè personalibus quin & in eo milites privilegiati sūt ut in pecuniis castrensibus etiam si filii familias sint, liberrimam tam in  
ulti-



ultimis voluntatibus, quam inter vivos disponendi facultatem obtineant.

## *Liber L.*

Titulus 1. 2. & 3.

**M**unicipes sunt cives Romani, ex municipiis suo jure & legibus suis utentes, muneris tantum honoratii cum pop. Rom. participes. Incola est, qui domicilium tantum alicubi habet non etiam munus & honorum particeps: Municipem facit aut origo, aut manumissio, aut adoptio: domicilium contrahitur decennio, quinimo & nulla contestatione constitui potest. Inter municipes decuriones precipuum locum obtinent, eorum officium est curare salutem Reipub. privilegium, ne torqueantur, neque damnentur in metallum. In eorum  
præ-

præcedentia spectetur album vel  
honoris antè gesti majoritas.

Tit. 4. 5. & 6.

**M**Unus publicum est officium  
privati hominis, ex quò cò-  
modum ad singulos universosque  
cives remque eorum, extraordina-  
rio Magistratus officio pervenit.  
Estq; vel patrimoniale, personale  
vel mixtū. Illud est, in quâ sumptus  
maximè postulatur: Istud, q̄ cum  
corporis labore & sollicitudine ani-  
mi ac vigilantia principalitèr exi-  
stit: Hoc, quod partim animi cor-  
porisq; intentionem, partim sum-  
ptus exigit. Excusantur à muneribus  
quidam ætate, quidam benefi-  
cio in Rempubl. collato, qui-  
dam ob valetudinem,  
quidam indultu  
Principis.

Titu-

## LEGATIONIBUS.

Legatio est munus publicum  
 Cū dignitate Imperii experte,  
 Subjectum persona, cui Legatio a-  
 ptari debet, idonea. Objectū sunt  
 res publicæ tam bellicæ, quàm to-  
 gatæ: Adæquarū, quaten<sup>9</sup> cum ex-  
 teris pertractandæ. Causa efficiens  
 remota est Respublica, proxima,  
 mandatum. Impulsiva necessitas  
 Reipubl. Instrumētalis vel electio  
 Principis, vel sors. Finis vel genera-  
 lis est salus & commodum Reipu-  
 blicæ, vel specialis, qui potest esse  
 multiplex. Effectus est jus inde re-  
 sultans, quod vel in Legati perso-  
 na, vel in rebus, vel in actionibus  
 consistit. Connexū est Legati con-  
 K versa-

versatio cum domestica, tum externa. Consequens est honorifica dimissio & domuitio.

Titulus 8.9. & 10.

**I**N eos, qui res ad civitatem pertinentes dolose vel negligenter absumunt jus quoque singulariter redditur, ita ut de reliquis calculo subducto teneantur in simplum, de his, quæ in fraudem gesta apparent, in duplum. Habet & ordo decurionum jus decretandi, cujus effectus est, ut quod ordo semel recte decrevit, rescindi non oporteat, nisi ex utilitate Reipublicæ. Opus publicum quilibet suo sumptu facere potest, modo non faciat in æmulationem.

Tit. 11. 12. 13. 14. & 15.

**N**Undine à solo Imperatore impetrantur, constituunturque exercitorum mercatorum causa: & habent

habent privilegium ut ob debitum  
 alibi contractum nemo arrestari  
 possit: amittuntur vel decennio, vel  
 lapsu 31. annorum de Jure Saxoni-  
 co. Pollicitatio significat spon-  
 taneum offerentis promissum, qui  
 benignè Reipubl. se facturum pol-  
 licetur Ordinariè Prætor non judi-  
 cat, sed pedaneos judicare jubet:  
 Extra ordinem tamen & absque fi-  
 gurâ judicii ex nobili officiô judi-  
 cat interdû summatim, & cognoscit  
 certum causarum genus speciatim  
 singulari aliquâ lege ipsius cogniti-  
 oni commissum: & sic extra ordinē  
 cognoscit de salariis & proxeneti-  
 cis. Cæsus est tributū vel pēsitatio,  
 quæ fisco Imperatoris debetur in  
 recognitionem universalis domi-  
 nii, & in auxilium ac tuitionem  
 Reip. quæ Principi incumbit.

Tit. 16. cum finali.

K 2

Ver-

**V**erba quatuor modis accipi-  
 untur. ex proprietate, impro-  
 priè, usu, & interpretatione. Pro-  
 prietas non tantùm ad nomen, sed  
 ad vim significandi referenda est.  
 Improprum est, quod non suo no-  
 mine dicitur. Ex usu communi lo-  
 quendi verba significationem ac-  
 cipiunt, nam usus etiam proprietati  
 præscribit. Regula est, quæ rem,  
 quæ est breviter enarrat, non ut ex  
 regula jus sumatur, sed ex jure quod  
 est, regula fiat: Et ut jus omne, ita &  
 regula pertinet, vel ad personas vel  
 res, vel ad actiones. Ad personas re-  
 gulæ pertinent, quibus definitur,  
 quâ in parte alius aliò sit jure dete-  
 riore &c. quæ sint jura libertatis &  
 liberorum, servitutis & servorum.  
 &c. & quæ sint jura testantium &  
 intestatorum, Ad res pertinent ex  
 regu-

regulæ, quæ ostendunt quid juris;  
 sit in rebus: Ad actiones & judicia,  
 quibus definitur, quid sit jus gladii,  
 quæ potestas Magistratus, quæ ju-  
 ra actoris, rei, & quæ præterea ad  
 deductionem sive causæ sive  
 processus aptari con-  
 veniunt.

*Alti potenti Triuni Deo sit Laus  
 & Gloria.*

F I N I S.




regulae, que continentur  
in istis. Annotones & iudicia  
de casibus, quibusdam  
que videntur, signis, que in  
historia, etc. & que practica  
deductionem de casibus  
procedunt appellatione.

FINIS

1600








Ludwig Silharsen ✓





ALV

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19  
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

2

RIALIS JURIDICI  
AD  
STITUTIONUM  
ALIAM, PANDE-  
t, ut & Paratitlorum,  
ecii JC. Germaniæ præ-  
seriem succineta methodo  
directi,  
S POSTERIOR,  
Quâ  
atissimi Tituli ac  
ujuslibet, quotquot va-  
ive Pandectarum, sive Pa-  
n Vesembecii pelagus inunt  
it, concisè exhibentur.  
Authore  
IMO Schulken/Neo-  
nd-Megap. Jurium  
Candidato.  
JOHANN: BEITH-  
ANNI, Anno 1622.

